Conjecturarum Observationumque Aristophanearum

Specimen I.

Dissertatio Inauguralis

Quam

Academiae Georgiae Augustae

Amplissimi Philosophorum Ordinis

Auctoritate Atque Consensu

Ad Summos In Philosophia Honores Capessendos

Scripsit

Ottomarus Bachmann
Berolinensis.

Gottingae.

Typis expressit officina Hoferiana.

1878.

Godofredo Bachmanno

Patruo Carissimo

Studiorum Fautori

Ernesto de Leutsch

Hermanno Sauppio

Praeceptoribus Dilectissimis

D. D. D.

Auctor.

Quae hoc libello continentur, desumpta sunt e dissertatione quam conscripseram de usu praepositionum apud Aristophanem. Quae quum multis singulis Ar. locis accurate examinatis nimiam in molem accrevisset, elegi ex ea quae majoris mihi videbantur momenti conjecturas atque observationes, accuratam siugularum praepositionum usus enarrationem brevi publici juris facere mihi licere sperans. Jam hisce primitiis studiorum meorum benignam quaeso praebeatis aurem; nolite tamen *μηδὲν παρ' ἡμῶν προσδοκᾶν λίαν μέγα.*

1 Ach. 19 sqq. *οὔσης κυρίας ἐκκλησίας | ἑωθινῆς ἔρημος ἡ πνὺξ αὑτηί· | οἱ δ' ἐν ἀγορᾷ λαλοῦσι —· | οὐδ' οἱ πρυτάνεις ἥκουσιν, ἀλλ' ἀωρίαν | ἥκοντες, εἶθ' οἶδ' ὠστιοῦνται πῶς δοκεῖς | ἐλθόντες ἀλλήλοις περὶ τοῦ πρώτου ξύλου, | ἄθροι καταρρέοντες.* Sic haec scribenda censeo; art. *τοῦ* (codd. *ἀλλήλοισι περὶ πρ. ξ.*), quem hal et etiam Suid. s. *ὠστίας* (v. infra), recte addidit Mein. (v. Vind. p. 2, cl. V. 90: *ἢν μὴ 'πὶ τοῦ πρώτου καθέζηται ξύλου*). Deinde codd. habent *ἥκοντες, εἶτα δ' ὠστιοῦνται:* at nusquam Ar. post participium intulit *εἶτα δέ*, sed constanter simpliciter *εἶτα:* Ach. 291. Eq. 281. N. 386. 592. V. 379. 1072. P. 284. 745. Av. 359. 1111. 1619. L. 309. R. 205. 367. 1001. E. 789. Pl. 799 vel *ἔπειτα*: Ach. 497. N. 1042. Av. 29. Th. 557. 559. 883 (per anacoluthiam quamdam *κᾆτα*: Eq. 392. N. 409. Av. 674. L. 560. P. 889 sq. *ἄραντας κᾆτ' ἀγαγεῖν* e praeclara em. Herwerd. Anal. crit. p. 49; codd. *καταγαγεῖν*. — *κἄπειτα:* N. 624. Av. 536. Pl. com. II. 622; antecedit participio *εἶτα* N. 860. L. 654. Amphid. III. 317. *ἔπειτα* N. 1249. Av. 911. Pl. 1004. 1148). Aliter res se habet, ubi duo participia verbo finito antecedunt: apud alterum part. non solum *εἶτα* vides;

N. 149. 172. 377. E. 1109 (N. 178 ubi tria part. antecedunt, apud tertium), sed etiam *εἶτα δέ:* Eq. 377 („diversa est Eq. 377 ratio" Mein. l. c.). Jam Dobraeus e schol. (*ὠστιοῦνται: διωθήσονται*) scribi jussit *διωστιοῦνται* probatus Mein. l. c. At *ὠστιοῦνται περὶ τοῦ πρώτου ξύλου* non valet de prytanibus, quippe quibus sit in contione certus locus (cf. E. 103 sq.), sed de singulis civibus, quod apparet etiam e v. 40 sqq. *ἐς τὴν προεδρίαν* (= *εἰς τὸ πρῶτον ξ.*) *πᾶς ἀνὴρ ὠστίζεται* (ubi quod dicitur *πᾶς ἀνήρ*, h. l. est *ἄθροι καταρρέοντες*). Itaque *ἥκοντες* accipiendum est pro nom. absoluto vicem sustinente gen. absoluti: *ἡκόντων τῶν πρυτάνεων* (v. infra), ad verbum *ὠστιοῦνται* autem necesse est addatur significatio subjecti mutati. Quam nobis egregie servavit Suid. (v. Ach. ed. W. Ribbeck p. 39) s. *ὠστίας — Ἀρ. ἐν Ἀχαρν. οἶδ' ὠστιοῦνται πῶς δοκεῖς περὶ τοῦ πρώτου ξύλου*, quod monuit Julius Wehr (v. Philol. Anz. I. 1869 p. 157). Scribendum igitur est: *εἶθ' οἶδ' ὠστιοῦνται.* Quod schol. habet *διωθήσονται*, nihil est nisi interpretamentum lemmatis praefixi *ὠστιοῦνται* (addit *ἀπὸ ἐνεστῶτος τοῦ ὠστίζω.* cf. Hesych. *ὠστιοῦνται· ὠσθήσονται*). Nom. absolutum autem excipit *εἶτα* etiam Ach. 1166, ut gen. absolutum Th. 542. 564. — Restat tamen difficultas quaedam adhuc neglecta. Part. *ἥκοντες* enim displicet quum proxime antecedat *ἥκουσιν*, part. *ἐλθόντες* autem quum subsequatur *ἄθροι καταρρέοντες* nimis abundat. Quam difficultatem optime tolli censeo ita ut statuatur participiorum illorum ab initio versuum collocatorum sedes permutatas, *ἥκοντες* autem corruptum esse ex *ἕλκοντες*, ut jam poeta h. totum locum ita videatur scripsisse: *οὐδ' οἱ πρυτάνεις ἥκουσιν, ἀλλ' ἀωρίαν* | *ἐλθόντες, εἶθ' οἶδ' ὠστιοῦνται πῶς δοκεῖς* | *ἕλκοντες ἀλλήλοις περὶ τοῦ πρώτου ξύλου* | *ἄθροι καταρρέοντες.* De v. *ἕλκειν* „zerren" — trahere — autem cf. Av. 365: *ἕλκε τίλλε παῖε δεῖρε.* 442. L. 459: *οὐχ ἕλξετ', οὐ παιήσετ', οὐκ ἀράξετε*; Eq. 365 sq. 772. Pl. 955. Hom. π 276. Hdt. I. 140.

2 Ach. 410 sqq *Εὐριπίδη — ἀναβάδην ποιεῖς,* | *ἐξὸν καταβάδην· οὐκ ἐτὸς χωλοὺς ποιεῖς.* | *ἀτὰρ τί τὰ ῥάκι' ἐκ τραγῳδίας ἔχεις,* | *ἐσθῆτ' ἐλεινήν; οὐκ ἐτὸς πτωχοὺς ποιεῖς.* Verbis *ἀτὰρ τί τὰ ῥάκι' ἐκ τραγῳδίας ἔχεις;* sententiarum nexus prorsus pervertitur. Quum enim Dicaeopolis modo inde quod

Eur. *ἀναβάδην τραγῳδίαν ποιεῖ ἐξὸν καταβάδην* intellexerit mirum non esse quod claudos introducat in tragoediis (*οὐκ ἐτός* „non temere, non sine causa ac ratione“: Av. 915. Th. 921. E. 245. Pl. 404. 1166. frg. 116. Philet. III. 293. Anaxil. III. 353. Pl. Reip. III. 414. E. VIII. 568 A), jam non consentaneum est eum addere „quid vero pannos istos e tragoedia induisti?“, sed potius ex eadem qua in priore enuntiato usus erat ratiocinatione inde, quod Eur. pannis indutus tragoediam componat, intelligere eum necesse est mirum non esse quod ille mendicos introducat in tragoediis. Quum enim adhuc miratus sit unde fiat ut Eur. in tragoediis heroas claudos exhibeat et mendicos (cf. P. 146. R. 842. 1063), jam causam perspicit latere in eo quod Eur. in superiore parte aedium, in alto sedens (schol. *ἐπὶ ὑψηλοῦ τόπου*) pannisque indutus tragoedias suas componat (schol. *οὕτως αὐτὸν ἐσκευοποίησεν ἐν ῥακίοις καθεζόμενον καὶ ποιοῦντα τὰς τραγῳδίας. κωμῳδεῖ οὖν αὐτὸν ὡς πτωχοὺς καὶ ταπεινοὺς εἰσάγοντα τοὺς ἥρωας* — scripserim potius *ἐσκευοποίησεν αὐτὸν ἐν ῥακίοις καθεζόμενον καὶ οὕτως ποιοῦντα τὰς τραγῳδίας*), ut necessarius quidam nexus causalis intercedere cogitetur inter fabularum indolem et poetae habitum atque cultum (cf. Th. 164 sqq. *Φρύνιχος αὐτός τε καλὸς ἦν καὶ καλῶς ἠμπίσχετο. διὰ τοῦτ' ἄρ' αὐτοῦ καὶ καλ' ἦν τὰ δράματα. ὅμοια γὰρ ποιεῖν ἀνάγκη τῇ φύσει*. 168 sqq. 148 sqq.). Itaque verba *ἐκ τραγῳδίας* ferri nullo modo posse patet, quippe quibus ratio quae inter causam et effectum intercedit, prorsus pervertatur. Concidunt igitur conjecturae Bergkii: *ἀτὰρ τί τὰ ῥάκι'; ἢ 'κ τραγῳδίας ἔχεις | ἐσθῆτ' ἐλεινήν*; Thierschii (Aristophan. p. 688): *ἀτὰρ τάδε ῥάκι' ἐκ τραγῳδίας ἔχεις*; denique Schuetzii et Muelleri qui verba ita distinxerunt: *ἀτάρ τί*; („at quid hoc rei est?“) *τὰ ῥάκι' ἐκ τρ. ἔχεις*; Quid poeta scripserit nescio; sententiam tamen, quae unice haec est: „at quid hoc rei est? pannis indutus tragoediam componis!“ (per exclamationem mirantis pariter atque in priore enuntiato *ἀναβάδην ποιεῖς ἐξὸν καταβάδην·* — ubi sine causa signum interrogationis posuit Bergk.) „inde igitur fit ut mendicos fingas“ — ita fere indicarim: *ἀτὰρ τί ὁρῶ; τραγῳδίαν ποιεῖς ἔχων* (vel *ποιῶν ἔχεις*) | *ἐσθῆτ' ἐλεινήν· οὐκ ἐτὸς πτωχοὺς ποιεῖς.* Fortasse *τὰ*

ῥάκια ex interpretamento ad verba *ἐσθῆτ' ἐλεινήν* adscripto (cf. schol. *ἐσκευοποίησεν αὐτὸν ἐν ῥακίοις καθεζόμενον*) in verba poetae irrepsit, quo facto jam librarius aliquis suo Marte versum finxit. De formula *τί ὁρῶ;* cf. Eur. Or. 385: *ὦ θεοί, τί λεύσσω;* Bacch. 1272: *ἔα, τί λεύσσω;* Hel. 72: *ὦ θεοί, τίν' εἶδον ὄψιν;* Ar. Th. 905: *ὦ θεοί, τίν' ὄψιν εἰσορῶ;* Eur. Hel. 557: *τίν' ὄψιν σὴν προσδέρκομαι;* Or. 1347: *τίνας τούσδ' εἰσορῶ;* —

3 Ach. 502 sqq. *οὐ γάρ με νῦν γε διαβαλεῖ Κλέων ὅτι | ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω. | αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών, | κοὔπω ξένοι πάρεισιν· οὔτε γὰρ φόροι | ἥκουσιν οὔτ' ἐκ τῶν πόλεων οἱ ξύμμαχοι.* Verba *ἐκ τῶν πόλεων* „ex urbibus" sc. sociorum, e civitatibus foedere cum Atheniensibus conjunctis (cf. Ach. 192. 636. 642. 643. V. 657. 670. 700. 707. Av. 1425; eodem sensu *αἱ νῆσοι* Eq. 1319. P. 760: *ὑπὲρ ὑμῶν πολεμίζων καὶ τῶν ἄλλων νήσων*) — in altero membro posita aperte ad utrumque membrum referenda sunt, quae tamen collocatio in simplici trimetrorum sermone vix ferri potest. Itaque verba illa transposuerim: *οὔτε γὰρ φόροι | ἐκ τῶν πόλεων ἥκουσιν οὔθ' οἱ ξύμμαχοι.* At restat alterum in quo offendas. Quomodo enim recte distingui potest inter adventum sociorum (*τῶν ξυμμάχων*) et tributorum (*φόρων*) quae quidem ab iisdem sociis Athenas deferebantur? (cf. Ach. 643: *νῦν ἐκ τῶν πόλεων τὸν φόρον ὑμῖν ἀπάγοντες ἥξουσιν* [sine causa Herwerden. Stud. crit. p. 48 scribi jussit *οὑκ τῶν πόλεων*] — et quidem Dionysiis urbanis — schol. ad 504 — simul ludos scenicos spectare soliti Athenis; spectaverunt e. c. Ar. Babylonios, quam ad fabulam poeta respicit h. l., Nubes — v. 609 —, Pacem, Aves illis diebus festis actas). Dicendum potius erat „neque ut tributum deferant neque alia de causa, propter commercium, adsunt socii." (Quomodo Ribbeck. quod vertit „die Fremden fehlen, da jetzt weder Gelder noch G e s a n d t e der Verbündeten gekommen sind" e verbis poeta elicuerit non video). Ac ne hoc quidem sufficit. Quum enim verbis illis Dicaeopolis illustrare studeat quod modo dixit *αὐτοί ἐσμεν κοὔπω ξένοι πάρεισιν*, vocabulo *ξένοι* autem (etsi *οἱ ξένοι* solos socios significat Eq. 1198. Av. 1431. 1454. 1458) hoc quidem l.

non solum socii, sed etiam ceteri peregrini cum Ath. foedere non conjuncti significentur necesse sit (quod optime intellexit schol. qui ad verba *αὐτοὶ γάρ ἐσμεν* adscripsit: *οἷον μόνοι οἱ Ἀθηναῖοι χωρὶς τῶν συμμάχων καὶ ξένων*), apparet Dicaeopolidi enuntiati, de quo agitur, bipartiti (*οὔτε οὔτε*) altero membro dicendum esse de sociis, qui Dionysiis urbanis demum tributa Athenas deferebant, altero de ceteris peregrinis, qui et ipsi tunc hieme impediebantur (v. Kock. ad Av. 711), quominus commercii causa Athenas navigarent et Acharnensium fabulam quae Lenaeis agebatur spectarent (schol. *ὅτε ξένοι οὐ παρῆσαν Ἀθήνησι, χειμὼν γὰρ λοιπὸν ἦν. — χειμῶνος λοιπὸν ὄντος εἰς τὰ Λήναια καθῆκε τὸ δρᾶμα*). Itaque censeo versum gravius corruptum esse, poetam autem scripsisse: *οὔτε γὰρ φόροι | ἐκ τῶν πόλεων ἥκουσιν οὔτ' ἄλλοι ξένοι*: „neque socii adsunt tributa deferentes neque alii peregrini“ (commercii, aliarum rerum causa). —

Ach. 1150 sqq. Chorus dicit *Ἀντίμαχον — κακῶς* 4
ἐξολέσειεν ὁ Ζεύς· ὅς γ' ἐμὲ τὸν τλήμονα Λήναια χορηγῶν ἀπέλυσ' ἄδειπνον — sic. cod. Vat. Pal. et edd. recc. (praeter Müller.); cett. codd. praeter Rav., schol. *ἀπέλυσεν ἄδειπνον*; Suid. (s. *τενθίδες*) *ἄδειπνον ἀπέλυσεν*; Rav. *ἀπέκλεισε δειπνῶν* i. e. *ἀπέκλεισε δείπνων* quod pro varia scriptura exhibet schol., *ἀπέκλεισ' ἄδειπνον* Elmsl., Dind. (olim), Bekk., Both., Müller. Referenda haec sunt procul dubio ad Ar. Daetalenses Ol. 88, 1 per Callistratum Antimacho chorego actas (v. Fritzsch. de Daetal. p. 9). Quaeritur autem ad quem spectet illud *ἐμέ*. Interpretes tacent; e recc. expressis verbis de ipso Ar. poeta accipit Bergk. ap. Mein. Com. II. 939, quem sequitur Müllerus ad l. Dicit enim: „Ar. etiam quum primam fabulam, Daet., scripsisset et Callistrato docendam tradidisset, non plane in obscuro delituit, sed et amicis familiaribusque innotuit et fortasse Callistrato adfuit in choro docendo; itaque Ach. 1150 graviter conqueritur de Antimacho chorego, qui ipsum ab epularum solemnitate segregaverit — *ὅς γ' ἐμὲ* — *ἀπέκλεισ' ἄδειπτον*: profecto autem non potuisset hoc ei opprobrio vertere nisi ille nosset Aristophanem comoediae esse auctorem.“ (Cf. p. 1021.) Quod si comprobatur, unice recte se habet *ἀπέκλεισ' ἄδειπνον* (sive *ἀπέκλεισε δείπνων*), quod scripsit

Müller.; nam de poeta epulis non excepto opus est notione excludendi, quae a v. ἀπολύειν aliena est. In Ar. ed. II. tamen Bergkius scripsit ἀπέλυσ' ἄδειπνον, ut videatur sententiam mutasse. Et id recte fecit. Nam ubi chorus in parabasi ipsum poetam significat, nisi id per se patet (ut Ach. 660 sqq. N. 518 sqq. V. 1284 sqq. P. 754 sqq.), non prima persona utitur, sed distincte dicere solet *ὁ διδάσκαλος ἡμῶν*: Ach. 628. P. 738 (ubi 754 ad primam personam transitur ut Ach. 660) vel *ὁ ποιητής*: Ach. 633. Eq. 509. 548. V. 1016. 1049. (*οὗτος ὁ ποιητής* Ach. 649. 654). Itaque *ἐμέ* h. l. procul dubio non spectat ad poetam, sed ad ipsum chorum, ab Antimacho chorego ut videtur post actam fabulam Daetalensium contra morem atque consuetudinem epulis non exceptum (cf. N. 338 sq. cum adnot. Kockii. Plut. Mor. p. 349 B. Boeckh. Oecon. publ. I. 489; chorego avaritia exprobratur etiam ap. Eupol. II. 551: *ἤδη χορηγὸν πώποτε ῥυπαρώτερον | τοῦδ' εἶδες;*), ut jam unice aptum sit *ἀπέλυσ' ἄδειπνον* quod aperte significat: „dimisit me epulis non exceptum", qua de vi verbi *ἀπολύειν* cf. Xen. Hell. VI. 5. 21: *τοὺς μὲν Σπαρτιάτας ἀπέλυσεν οἴκαδε, τοὺς δὲ περιοίκους ἀφῆκεν ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν πόλεις.* Similiter Ar. V. 1536 sq. *τοῦτο γὰρ οὐδείς πω πάρος δέδρακεν ὀρχούμενον ὅστις ἀπήλλαξεν χορὸν τρυγῳδῶν.* Recte igitur vertit Ribbeck. „der als Choreg kläglich den Chor hungrig entliess bei dem Lenäenfeste." Scriptura *ἀπέκλεισε* e conjectura orta videtur ejus qui quid sibi vellet *ἀπέλυσε* non intelligeret (cf. fluctuantes interpretationes scholiastarum, recensitas etiam a Ribbeckio p. 261).

5 Eq. 480: *πῶς οὖν ὁ τυρὸς ἐν Βοιωτοῖς ὤνιος*; Velsen. scripsit *οὖν Βοιωτοῖς*: — at non opus esse iterato articulo vides ex Ach. 758 sq. *πῶς ὁ σῖτος ὤνιος; — παρ' ἁμὲ πολυτίματος* (= *παρ' ἡμᾶς* i. e. *Μεγαροῖ*). Eq. 1060: *τὰς πυέλους φησὶν καταλήψεσθ' ἐν βαλανείῳ.* Eq. 1401: *ἐκ τῶν βαλανείων πίεται τὸ λούτριον.* Ach. 642: *τοὺς δήμους ἐν ταῖς πόλεσιν δείξας ὡς δημοκρατοῦνται.* Pl. 547: *σκέψαι τοίνυν ἐν ταῖς πόλεσιν τοὺς ῥήτορας ὡς κτλ.* Pl. 1010: *βελτίους ποιῶ τοὺς ἀνθρώπους ἐν ταῖς πόλεσιν* — quibus omnibus locis dictiones praepositionales cum praedicato enuntiati conjugendae sunt.

Eq. 667 sqq. *ὁ δ' ἠντεβόλει γ' αὐτοὺς ὀλίγον μεῖναι* 6
χρόνον | ἵν' ἅτθ' ὁ κῆρυξ οὐκ Λακεδαίμονος λέγει | πύθησθ', ἀφῖκται γὰρ περὶ σπονδῶν λέγων. Part. *λέγων* (*λόγων ΑΘΔ* superscriptis a 2. m. *γρ. λέγων Γ*) cum verbis *ἀφῖκται περὶ σπονδῶν* conjungi nequit: debebat certe esse *λέξων* vel *ἐρῶν* — at nusquam in hujusmodi formulis (in quibus *περί* c. g. vi causali consilium indicat: cf. de hac vi Eq. 87. Av. 112 sq. E. 672) additum vides v. *λέγειν* (v. Porson. ad Eur. Hec. add. p. 99 et Kock. ad l. qui exempla congessit ex Ar., quibus adde Av. 1588: *πρεσβεύοντες ἡμεῖς ἥκομεν παρὰ τῶν θεῶν περὶ τοῦ πολέμου καταλλαγῆς*). Neque tamen mihi probatur quod Bergk., Kock., Mein., Ribb. *λέγων* cum v. *ἠντεβόλει* conjunxerunt (cujus structurae auctor videtur G. Hermann.): solet enim Ar. transitum qui fit ex oratione obliqua in or. rectam nullo verbo indicare: cf. Eq. 994 sqq. *φασὶν αὐτὸν οἱ παῖδες οἷ ξυνεφοίτων — τὸν κιθαριστὴν ὀργισθέντ' ἀπάγειν κελεύειν, ὡς ἁρμονίαν ὁ παῖς οὗτος οὐ δύναται μαθεῖν.* E. 821 sq. *ἀνέκραγ' ὁ κῆρυξ μὴ δέχεσθαι μηδένα χαλκὸν τὸ λοιπόν· ἀργύρῳ γὰρ χρώμεθα.* V. 689 sq. Unice vera est potius ratio Porsoni qui inde quod in v. qui antecedit 668: *ἵν' ἅτθ' ὁ κῆρυξ οὐκ Λ. λέγει* codd. omnes praeter unum Rav. post *λέγει* praebent *πάλιν*, conclusit *πάλιν* e v. 669 irrepsisse. Scribendum est igitur, *λέγων* ut supplemento versus deleto: *ἀφῖκται γὰρ περὶ σπονδῶν πάλιν*, ut iterata Lacedaemoniorum legatio significetur (a n t e Sphacteriam expugnatam: Thuc. IV. 15 sqq., et statim p o s t Sph. expugnatam: Thuc. IV. 41. cf. Curtius II. pp. 463. 468 ed. 4.), quam praeclaram emendationem solus probavit Velsen., ne commemoravit quidem Dind. in ed. Ox. et poet. scen., cui *πάλιν* repetitum videtur e v. 603. — Ceterum v. 668 quum pro *λέγει* Rav. et Ambros. habeant *λέγῃ*, *ΔΘ λέγῃ*, poetam scripsisse censeo: *ἵν' ἂν ὁ κῆρυξ οὐκ Λ. λέγῃ | πύθησθ'.* — cujus scripturae vestigium fortasse latet in Rav. qui praebet *ἵν' ἁτ* (ut jam non opus sit conj. Brunckii, qui et ipse in ind. *λέγει* offendens proposuit *φέρει*): cf. N. 89: *ἃν ἐγὼ παραινέσω*. 348. Th. 344. Minus enim placet anapaestus *ἵν' ἅττ' ἂν ὁ κῆρυξ οὐκ Λ. λέγῃ* (cf. P. 651: *ἅττ' ἂν οὖν λέγῃς*. Ach. 488. Eq. 1149. N. 345. 589. 785. V. 971. E. 798), quamquam *ἂν* particula saepe excidit in codd.

7 V. 3. Engerus N. Mus. Rh. XIX. p. 134 sqq. demonstravit Aristophanem in trimetris vocem bisyllabam non ita ponere, ut brevis syllaba finalis sit prior syllaba arsis solutae, nisi si sequatur vox enclitica (*ἐμέ γε, ἀλλό με* sim.) vel vocabulum sententia arctissime connexum (ut casus qui pendet e praep. bisyllaba) aut si vox illa bisyllaba composita sit e duabus vocibus monosyllabis (*ὥσπερ ὅτι ὅτε οὐδέ οὐδέν*). Jam inter paucissimos locos qui legi illi adversantur unus est, quem nulla fere mutatione removeri posse miror Engerum non animadvertisse. V. 3 enim *κακὸν ἄρα ταῖς πλευραῖς τι πρὤφειλες μέγα* pro *ἄρα* accentu tantum mutato scribendum est *ἆρα* — et habet hoc ipsum cod. Ven.: constat enim *ἄρα* et *ἆρα* promiscue adhiberi a poetis Atticis et metri legibus inservire. Cf. Ach. 347. V. 460. 839. P. 372. Av. 161. 1688. Cratin. V. 16. Antiph. III. 26. Men. IV. 79. 113. 264. 276. Fritzsch. ad R. 268 contra Hermann. praef. ad Soph. O. C. p. XXVI. Hartung, Partikellehre I. 456 sq. Krüg. gr. II. 69. 9. n. 8.

8 Av. 35: *ἀνεπτόμεϑ' ἐκ τῆς πατρίδος ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν*: sic restituit h. l. ex schol. 35 et 45 Bergk. quem secuti sunt Mein. Kock.; codd. praebent *ἀνεπτόμεσϑ' ἐκ τῆς πατρίδος ἀμφοῖν ποδοῖν.* Negat Kock. in adnotatione etiam alt. ed. comicos *ἄμφω* umquam substantivo junxisse quod articulo careat. Erravit h. d. Sane Ar. dixit in trim. N. 112: *ἄμφω τὼ λόγω*, ut Alexis. III. 408: *ἀμφοῖν τοῖν ῥυϑμοῖν*, et in tetr. jamb. P. 1309: *ἀμφοῖν τοῖν γνάϑοιν*, sed Eq. 826 in dim. anap. *ἀμφοῖν χειροῖν*, ut Soph. O. C. 483: *ἐξ ἀ. χ.*, qui est constans usus Homeri (v. Krüg. II. 50. 10. n. 5). Plato constanter articulum addidit (e. c. *ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν* Protag. 314 D. Cf. Ast. lex. Pl. I. 131 sq.). —

9 N. 464: *τόν πάντα χρόνον μετ' ἐμοῦ ζηλωτότατον βίον ἀνϑρώπων διάξεις*: Bentl. 457—476 quum in codd. tribuantur Socrati omnia choro tribuit cum Strepsiade colloquenti, primum quia non Socrates cantica facere debeat, sed chorus, deinde quia *τὸν πάντα χρόνον μετ' ἐμοῦ διάξεις* non de Socrate dici possit, sed de Nubibus quarum cultor perpetuus futurus sit Strepsiades; quae autem praecedunt *ταῦτα μαϑὼν παρ'*

ἐμοῦ, quorum causa verba Socrati tributa videantur a librariis, pertinere etiam ad Nubes, quippe quae supra 430 hoc promiserint Strepsiadi (immo verba *ταῦτα μαθών* per se accipienda sunt, *παρ' ἐμοῦ* autem conjugenda cum eis quae sequuntur *κλέος ἐν βροτοῖσιν ἕξεις:* discit enim Str. a Socrate per quem (cf. 436: *παραδὸς σεαυτὸν τοῖς ἡμετέροις προπόλοισιν*) Nubes illi sapientiam tradunt quam petivit, ipsae auctores efficientes, ut disciplina eventum habeat et ille gloriam nunciscatur apud homines: 412 sq. 429 sq.: *ἀλλ' ἔσται σοι τοῦτο παρ' ἡμῶν*); denique quia distichon anap. 476 sq. *ἀλλ' ἐγχείρει κτλ.* ad chorum pertinere et codd. agnoscant et sensus aperte evincat: solere autem ejusmodi disticha (anap., si anap. sequantur, si trochaici, trochaica) semper fere cantica claudere et eidem personae tribui quae canticum cecinerit. Rectissime haec disputavit Bentlejus, omnibus interpretibus probatus (qui tamen verbo monere poterant hac ratione effici, ut hoc uno loco chorus Nubium quum colloquatur cum Str. de se ipso dicat numero singulari (*παρ' ἐμοῦ*) quum per totam fabulam in colloquio et ipse plurali utatur (neque enim in colloquio exstant 958 *τοῖς ἐμοῖς φίλοις*. 1311 et 1391: *οἶμαι*) et a Str. plurali (*ὦ Νεφέλαι* 793. 1453. 1462) appellentur). —

At quomodo qui Nubes perpetuo colit, recte dici potest *τὸν βίον διάγειν μετὰ τῶν Νεφελῶν?* quod unice locum habet ubi quis inter Nubes, in societate Nubium vitam agere dicitur (cf. Av. 753. 155). Quum igitur verba *μετ' ἐμοῦ* neque de Socrate neque de Nubibus accipere liceat, necessario corrupta judicanda sunt. Fortasse scripsit poeta: *τὸν πάντα χρόνον μετὰ νοῦ ζηλωτότατον βίον ἀνθρώπων διάξεις*, ut *μετὰ νοῦ* respiciat ad *δεξιός* 427: *οὐκ ἀτυχήσεις ἡμᾶς τιμῶν καὶ θαυμάζων καὶ ζητῶν δεξιὸς εἶναι* et ad 317: *Νεφέλαι γνώμην καὶ νοῦν ἡμῖν παρέχουσιν*, quae mutatio commendatur etiam eis quae sequuntur 466 sqq. *ὥστε γε σοῦ πολλοὺς ἐπὶ ταῖσι θύραις ἀεὶ καθῆσθαι βουλομένους ἀνακοινοῦσθαί τε καὶ εἰς λόγον ἐλθεῖν, πράγματα — ἄξια σῇ φρενὶ* („digna in quibus ingenium tuum exerceas" Kock.) *συμβουλευσομένους μετὰ σοῦ*. Simillime autem dixit Eur. J. A. 923: *διαζῆν τὸν βίον γνώμης μέτα*. De *μετὰ νοῦ* cf. Men. 770. Nicom. 1.

10 Th. 410 sqq. (*Εὐριπίδης*) *πρὸς τοὺς γέροντας οἳ πρὸ τοῦ τὰς μείρακας* | *ἥγοντο διαβέβληκεν, ὥστ' οὐδεὶς γέρων* | *γαμεῖν θέλει γυναῖκα διὰ τοὔπος τοδί.* | *δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή* (= Eur. frg. 801). Vocabulum *γέρων* moleste repetitum esse quum proxime antecedat *πρὸς τοὺς γέροντας*, subsequatur *γέροντι* unusquisque sentiet. Accedit autem quod per totam mulieris, cujus illa verba sunt, orationem status rerum praeteritarum et praesentium accurate distincti sibi opponuntur: 398: *δρᾶσαι δ' ἔθ' ἡμῖν οὐδὲν ὥνπερ καὶ πρὸ τοῦ ἔξεστι.* 418—420: *πρὸ τοῦ — ἔτι.* 423—25: *πρὸ τοῦ μὲν οὖν — νῦν δέ.* 409, 415, 421: *ἤδη.* Itaque poetam in v. 411 scripsisse censeo *ὥστ' οὐδεὶς ἔτι κτλ.* quod respiciat ad *πρὸ τοῦ* v. 410. Praeterea in v. 412 *γαμεῖν θέλει* in *γαμεῖν ἐθέλει* sive *γῆμαι 'θέλει* mutandum esse infra demonstrabitur.

11 Th. 438 sqq. Chorus mulieris A orationem summis laudibus efferens dicit: *πάντα δ' ἐβάστασεν φρενὶ πυκνῶς τε ποικίλους λόγους ἀνηῦρεν εὖ διεζητημένους. ὥστ' ἄν, εἰ λέγοι παρ' αὐτῆς Ξενοκλέης, δοκεῖν ἂν αὐτὸν πᾶσιν ὑμῖν ἄντικρυς μηδὲν λέγειν.* Zanettus in ed. Ven. 1. (1538) et Scaliger in ed. Lugd. (1624) *παρ' αὐτῆς* quod omni sensu caret in *παρ' αὐτήν* mutarunt omnibus deinceps interpretibus probati praeter Fritzschium, qui, etsi concedit *παρά* in comparatione acc. jungi, tamen dubitat — et recte dubitat — num *λέγειν παρά τινα* significare possit „dicendo cum aliquo contendere". Fortasse aliud ulcus hic latere; interim se conjicere *παρ' αὐτῇ* „si dicat juxta eam" (ut vertit etiam Brunck.), tametsi etiam *παρά τινος* interdum licet raro designet „juxta aliquem". At „juxta aliquem verba facere" nec locali intellectu nec temporali („simul cum") hic locum habere facile patet. Quod autem G. Hermannus et Fritzschius ad. R. 809 censent *παρ' αὐτήν* de comparatione accipiendum esse ita ut, quum proprie ad *δοκεῖν μηδὲν λέγειν* pertineat („videretur comparatus cum illa nihil dicere"), sententiae conditionali additum sit in qua idem v. *λέγειν* exstet, neque tale monstrum constructionis tribui potest poetae elegantissimo neque Ar. in comparatione usquam *παρά* usurpavit (ut Hegesipp. IV. 479. Bato IV. 504), sed constanter *πρός* c. acc. (E. 969. L. 860. frg. 180. 413;

cf. Th. 802). Itaque quum verba *εἰ λέγοι παρ' αὐτὴν Ξ.* per se accipienda sint, *παρά* quippe quod nullo modo aptum sensum efficiat, corruptum judico e *μετά*, ut poeta scripserit *εἰ λέγοι μετ' αὐτὴν Ξ.* (*αὐτῆς* profectum est proclivi errore e termino nominis *Ξενοκλέης*) „si verba faceret post illam" (cf. E. 409. 427) „nugari videretur" (mulier *B* vero quae deinde 443—58 illam oratione excipit etiam magis celebratur a choro 459 sqq.). Haud raro *μετά* et *παρά* propter compendiorum similitudinem permutata sunt: cf. N. 1075 *πάρειμι*: scribas *μέτειμι* ex em. Mein. (Vind. p. 78) frg. 245 ap. schol. P. 922: *χύτρας μεθ' ὧν ὁ βωμὸς ἱδρύθη*: schol. Pl. 1199 perperam *παρ' αἷς* pro *μεθ' ὧν*. Eupol. 153: *μετ' ἄριστον* recte in *παρ' ἄριστον* „per prandium" mutari jussit Herwerden. Cratin. 229: *παρὰ χερσί*: Mein. recte *μετά*.

Th. 452: *οὐκέτ' ἐμπολῶμεν οὐδ' εἰς ἥμισυ* (respi- 12
ciunt ad 449: *ἡμικάκως*), „non jam negotia facimus, vendimus ne ad dimidiam quidem partem" i. e. multo minus quam dimidiam partem. Praep. *εἰς* h. l. extremum finem numeri indicat, ultra quem quid non procedit, additaque ea vis enuntiati vel maxime augetur, quod unice aptum est ingenio mulieris mercatricis (*στεφανηπλόκου*) quae illa dicit. Perperam igitur Mein. *οὐδὲ θἥμισυ* scripsit quod voluit Hamakerus, quia *εἰς* supervacaneum sit, desideretur vero articulus. At non desideratur (quamquam inseri possit etiam ita ut *εἰς* servetur: *οὐδ' εἰς θἥμισυ*): cf. *ὑπὲρ ἥμισυ* Thuc. I. 8. 1. VIII. 68. 4 (*τοῦ χρόνου τούτου*). Xen. Cyr. III. 3. 47. add. Thuc. IV. 83. 6: *τρίτον μέρος ἀνθ' ἡμίσεος τῆς τροφῆς ἐδίδου*. Dem. XIX. 277: *ἐφ' ἡμισείᾳ* (Thuc. V. 31. 2.: *ἐπὶ τῇ ἡμισείᾳ τῆς γῆς*). *ἐξ ἡμισείας* Thuc. V. 20. 3. Luc. Aristid al. *ἐξ ἡμίσεος* (*ἐκόμων*) Dio. Chrys. vol. I. p. 221. (*ἐκ τοῦ ἡμίσεος* Athenae.) *ἄχρι ἡμίσεος* Dioscorid. *ἥμισυ*: Hes. Theog. 298. Pind. Nem. X. 163. Thuc. V. 16. 3: *ἥμισυ τῆς οἰκίας ᾤκει*. IV. 104. 4: *Θάσος ἀπέχει τῆς Ἀμφιπόλεως ἡμίσεος* (Bekk. Krüg. e melioribus codd. *ἡμισείας*) *ἡμέρας μάλιστα πλοῦν*. Krüg. gr. I. 50. 2. n. 16. — *ἐμπολᾶν* autem absolute „Geschäfte machen" dixit Ar. etiam P. 448: *ἵν' ἐμπολῶ βέλτιον* (*ἐμπολᾶν τι* vides P. 367. 563: = emere. P. 1201 = „vendere").

13 E. 739 sqq. *σὺ δὲ δεῦρ' ἡ κιθαρῳδὸς ἔξιθι,* | *πολλάκις ἀναστήσασά μ' εἰς ἐκκλησίαν ἄωρι νυκτῶν διὰ τὸν ὄρθριον νόμον* „modum orthrium canens" i. e „mane canens" *(ὀρθρία ᾄδουσα).* De interpretatione h. l. v. Mein. Vind. p. 201: „male gallum gallinaceum intelligunt, qui primo mane dormientes e somno excitat. Hoc si voluisset poeta, vix usus esset genere feminino, praesertim quum salvo metro scribere potuisset *ὁ κιθαρῳδὸς ἔξιθι* | *πολλάκις ἀναστήσας ἔμ' εἰς ἐκκλησίαν.* Adde quod prorsus incredibile est gallum domesticae supellectili accenseri. Non dubium est quin molam dicat poeta, primo mane a servabus strenue motam et argutos cantus cientem. Mirifice sibi placent veteres in hac re describenda: cf. Pherecr. II. 254. Nicostratus apud Stob. flor. 70 p. 30, 15." Rectissime haec disputavit Mein.; idem tamen intellexit jam schol. (prorsus neglectus a Mein., neque animadversus a Kockio ad Av. 489) qui quidem *κιθαρῳδός* interpretatur per *ἡ ἀλετρίς* et ad *ἀναστήσασα* adscripsit *ἀλήθουσα* „molens", nisi quod non serva molam agens (molitrix: cf. Hom. *υ* 205) intelligenda est, sed potius mola ipsa (in quo erravit schol. etiam ad 730, ubi ad *κιναχύρα* adnotat *ὄνομα δούλης,* quum eadem ratione potius de vase ipso accipiendum sit), quem schol. errorem non perspexit Dübner., qui quidem dicit in Indice ad Schol. p. 639: „Citharistria quae me saepe mane excitasti modo orthrio (matutino, quum exspectes orthio), de moletrice" (ibid. „Cinachyra, servae nomen"). Quod interpretes inde a Fabero „gallinaceum" intellexerunt, „qui *ὄρθριος ᾄδων* dormientes e somno excitat", praeter simillimos locos V. 100 et Av. 490 inde profectum videtur, quod in Aldina schol. ed. *ἀλετρίς* in *ἀλεκτορίς* abiit errore qui facile deprehendi posset ex interpretamento quod sequitur *ἀλήθουσα.* („Scholia *ἀλεκτορίς.* Nempe gallinam dicit esse citharistriam risus causa (!) sed potius gallus esse videtur." Bergler.). —

14 Nominibus vasorum quibus quid contineri vel in quibus quid fieri dicitur *ἐν* addendum est (cf. Ach. 343. 550. 1175. Eq. 55. 321. 1315. N. 56. 676. 788. V. 511. P. 231. 841. Av. 1107. 1589. L. 632. 1184. Th. 505. R. 139. 1190. E. 306. Pl. 719. 763. frg. 95. 114. 305. 326 423. 507. Mein. II. 1198), nisi si pro instrumento accipi possunt, cujus ope atque

auxilio aliquid fit: cf. Ach. 541: *ἐκπλεύσας σκάφει*. Th. 877: *χώραν εἰσεκέλσαμεν σκάφει*. V. 1093: *πλέων ἐκεῖσε ταῖς τριήρεσιν* (sed R. 139: *ἐν πλοιαρίῳ σε ναύτης διάξει*). Av. 1443: *ἐπηλοφόρουν λεκάναισι*. frg. 208: *εἰσέφερε κανισκίῳ ἄρτων θρύμματα* (sed Th. 505: *εἰσέφερε ἐν χύτρᾳ τὸ παιδίον*). Eq. 1091 sqq. *ἐδόκει ἡ θεὸς τοῦ δήμου καταχεῖν ἀρυταίνῃ πλουθυγίειαν* et *κατασπένδειν ἀρυβάλλῳ ἀμβροσίαν κατὰ σοῦ* (pro *ἐξ ἀρυταίνης, ἀρυβάλλου*). Hac eadem ratione liquor pro instrumento lavandi, abluendi accipi potest: cf. *Π* 669. 679. *ζ* 216: *ποταμοῖο ῥοῇσιν* (sed *ζ* 210 *η* 296: *ἐν ποταμῷ*). Eur. Alc. 160: *ὕδασι ποταμίοις*. Ar. N. 1044: *θερμῷ* (sc. *ὕδατι*) *λοῦσθαι*. Pl. 658: *ψυχρᾷ θαλάττῃ λούμενος*. L. 913: *λουσαμένη τῇ Κλεψύδρᾳ* (ubi tamen quum sit nomen proprium praetulerim Mein. conj. *λουσαμένη 'ν τῇ Κ.*). Neque vero vas, in quo quis abluitur, pro instrumento lavandi accipere licet. Itaque in Frg. 169 a Poll. IX. 69 servato: *ἐξ ἄστεως νῦν εἰς ἀγρὸν χωρῶμεν· ὡς πάλαι δεῖ | ἡμᾶς ἐκεῖ τῷ χαλκίῳ λελουμένους σχολάζειν* (ex emend. Porsoni praef. Eur. Hec. XXXX. 1; codd. *πάλαι δι' ἡμᾶς ἐκεῖ τῷ χαλκῷ ἐλλουσάμενον κολάζειν*; praeterea Mein. Com. V. 60, quia *πάλαι* necessario requirat imperf., conj. *ὡς πάλαι δὴ | ἡμᾶς ἔδει*) dat. *τῷ χαλκίῳ* non recte se habet cum part. *λελουμένους* conjunctus. Quominus autem jungatur verbo *σχολάζειν* (ut *σχ. τῷ ποτῷ* schol. P. 1143. *τῷ δείπνῳ* sim.: v. lex.) obstat part. praet. *λελουμένους* perfectam actionem indicans. Quamquam enim scribi possit: *ὡς πάλαι δὴ | ἡμᾶς ἐκεῖ τῷ χαλκίῳ 'δει* (= *ἔδει*) *λουμένους σχολάζειν* (de aphaeresi cf. Krüg. II. 14. 9. n. 5 et E. 939 *μὴ 'δει* = *μὴ ἔδει* ex em. Elmsl., codd. *μηδέν*), tamen aptius videtur part. praet. cl. Frg. 133: *εἰ γὰρ ἐμοὶ παυσαμένῳ τοῦ πολέμου γένοιτο σκάψαι — καὶ λουσαμένῳ διελκύσαι τῆς τρυγός*. Itaque quum conjungenda sint verba *τῷ χαλκίῳ λελουμένους*, quocunque modo praep. *ἐν* addenda est, aut per aphaeresin paullo insolentiorem *ἐκεῖ 'ν* (s. *ἔδει 'ν*) *τῷ χαλκίῳ* (cf. Krüg. II. 14. 9. n. 10) aut, quod praetulerim, ita ut scribatur *τῷ χαλκίῳ 'λλελουμένους*, ut jam *σχολάζειν* absolute dictum significet „otiari“ (ut L. 412. Pher. II. 264), cui conjecturae id vel maxime favet quod traditum est *ἐλλουσάμενον*. Quod verbum *ἐλλοῦσθαι*, quam-

quam videtur alibi nusquam exstare recte tamen formatum est ad normam compositorum *ἐναπονίζεσθαι* (Hdt. I. 138. II. 172. Polyzel. II. 868: *λεκανίῳ — ἐναπονίψεις* ex em. Bergkii. codd. *ἀπονίψεις*) et *ἐναποπλύνειν* (Paus. III, 25. 5. Aristot. de sens. 4) et quae omnino semel tantum exstant *ἐναπολοῦσθαι, ἐνεκπλύνειν* (Polyz. II. 868), *ἐμπλύνειν, ἐγκλύζειν, ἐναποκλύζειν*. De aphaeresi *χαλκίῳ 'λλελουμένους* cf. Pl. 859: *μὴ 'λλίπωσιν* (sic Dawes., codd. *λίπωσιν*, ut Eur. J. T. 631 *ἐγὼ 'λλείψω* primus Markl., codd. *λείψω*). V. 524: *μὴ 'μμένῃς* (Eur. Med. 754: *μὴ 'μμένων*) 1329: *εἰ μὴ 'ρρήσετε*. Eq. 851: *μὴ 'γγένηται* (Eur. Med. 1362: *μὴ 'γγελᾷς*). Av. 342: *τὠφθαλμὼ 'κκοπῇς*. L 364: *σου 'κκοκκιῶ* (Reis. Conj. p. 245). P. 59: *μὴ 'κκόρει* (solus R., cett. et vulg. *μὴ κόρει*). Pl. 768: *ἰοῦσ' εἴσω 'κκομίσω* (conj. Mein. Vind. p. 215). L. 850 sq. *ἐκκάλεσόν μοι Μυρρίνην. — ἰδοὺ 'κκαλέσω 'γὼ Μ. σοι*; (ex em. Cobeti N. L. 440 accuratam responsionem restituentis; codd. *καλέσω*); num tamen L. 871 opus sit conj. Bergkii: *σὺ δ' ἐμὲ τούτῳ μὴ 'κκάλει* (codd. *κάλει*), dubitari potest, certe responsione non flagitatur, simplex autem simplici respondet 861: *ἴθι νυν κάλεσον αὐτήν* — 894: *φέρε νυν καλέσω καταβᾶσά σοι* (874 sq. *ἐμοῦ καλοῦντος* (absol.) *οὐ καταβήσει*; — *οὐ γὰρ δεόμενος οὐδὲν ἐκκαλεῖς ἐμέ*). — E. 753 sq. tamen *οὗτος, τί τὰ σκευάρια ταυτὶ βούλεται*; | *πότερον μετοικιζόμενος ἐξενήνοχας* | *αὔτ' ἢ φέρεις ἐνέχυρα θήσων;* malim *ἢ 'κφέρεις* propter *ἐξενήνοχας*, quamquam per se *φέρεις* pro *ἐκφέρεις* dici potuisse apparet e. c. ex E. 82: *ταυτί γέ τοι νὴ τὸν Δί' ἐφερόμην ἵνα κτλ.* cl. 76: *ἔγωγέ τοι τὸ σκύταλον ἐξηνεγκάμην*. — Ceterum ut revertamur ad frg. 169, quod Bergk. in ed. min. com. scripsit e conj. Mein. *ὡς πάλαι δὴ* | *ἡμᾶς ἔδει* eo displicet quod aegre caremus adv. *ἐκεῖ* quippe quod respiciat ad vv. *εἰς ἀγρὸν χωρῶμεν*: malim igitur *πάλαι* in *πάλιν* mutare: *ὡς πάλιν δεῖ* | *ἡμᾶς ἐκεῖ τῷ χαλκίῳ 'λλελουμένους σχολάζειν*. Cf. Av. 1674: *πάλιν* R. Ven. recte; vulg. *πάλαι*. V. 320: *πάλαι* R. V. B. C. Δ recte (cf. 317); *πάλιν* Ald. vulg. Porson. ad Hec. 1169. —

15 Engerus ad L. 325 Aristophani e codd. solam vindicavit formam *μόλις*: praebent enim codd. omnes *μόλις* 12 locis: Ach. 890. 952. N. 325. 1366. V. 718. 780. 1105. P. 875.

L. 72. Th. 447. 1025. Pl. 492; semel tantum fluctuant L. 328: *μόλις* Voss. Vat. *Δ*. (Dind. Enger. recc.), *μόγις* reliqui codd. Jam si com. frg. perlustramus, 18ies reperimus *μόλις:* 5ies in frg. vet. com. Cratin. 249. Pherecr. 1 bis. Eupol. 234. Theop. 14. — 6ies in frg. med. com. Antiph. 160. Eubul. 30. Cratin. min. 9. Alexid. 84. 118. 266. — 7ies in frg. nov. com.: Philem. 86. Men. 17. 168. 206. Philippid. 26. Posidipp. 10. Nicol. frg. v. 22. — semel tantum *μόγις* in Plat. frg. 32 (ap. schol. Av. 798 et Suid.). Quo uno loco emendato jam comicis omnibus sola forma *μόλις* vindicatur. (Ceterum cf. in universum Lobeck ad Aj. 306).

Adv. *ὄντως* „revera, reapse" miro errore inde a 16
Stephani thesauro per lexica propagato semel tantum apud Ar. traditur exstare frg. 493: *οὐδὲν γὰρ ὄντως γλυκύτερον τῶν ἰσχάδων* (ceterum cf. de hoc frg. Cobet. V. L. 400) — at in ipsis fabulis 14 locis invenitur (quos omnes neque Fritzsch. ad Th. 673 neque Kock. ad Eq. 177 congesserunt): Eq. 177 (in Rav., cett. om. *ὄντως*). N. 86. 1271. V. 997. R. 189. E. 786; octies in Pl.: 82. 286. 289 (om. Ven.) 327. 403. 581 (om. Ven.) 836. 960; 7ies exstat in frg. com.: Antiph. 212 bis. 280. Anaxil. 30. Men. 354. Diph. 62. Apollod. 13; restituit Mein. ex em. Dobr. in Amphid. frg. 37 pro *οὕτως*.

Ach. 1133 sqq.: *ἔξαιρε παῖ θώρακα κἀμοὶ τὸν χόα.* 17
— ἐν τῷδε πρὸς τοὺς συμπότας θωρήξομαι; schol. *πρὸς τὴν ὁμωνυμίαν ἔπαιξε. θωρήξασθαι γάρ ἐστι τὸ καθοπλισθῆναι, ἀλλὰ καὶ τὸ πίνειν καὶ τὸ μεθυσθῆναι* — excidit inter *θωρήξασθαι γάρ ἐστι* et *τὸ καθοπλισθῆναι* aperte *οὐ μόνον*: cf. schol. Vesp. 1198: *τὸ θωρήξασθαι οὐ μόνον τὸ καθοπλισθῆναι ἀλλὰ καὶ τὸ μεθυσθῆναι σημαίνει.*

Eq. 713: *ἐγὼ δ᾽ ἐκείνου* (sc. *τοῦ δήμου*) *καταγελῶ* 18
ὅσον θέλω (fortasse *ὅσ᾽ ἂν ἐθέλω* v. infra). Schol. *πᾶσαν ἔχω τοῦ πείθειν ἐξουσίαν καὶ ὥσπερ ἐντρυφῶ τῷ δήμῳ:* excidit inter *ὥσπερ* et *ἐντρυφῶ* aperte *ἂν θέλω* vel *βούλωμαι* vel *μοι δοκῇ* vel simile quid.

Av. 1188: *πόλεμος αἴρεται, πόλεμος οὐ φατὸς πρὸς* 19
ἐμὲ καὶ θεούς: schol. *πόλεμος αἴρεται: διὰ τὴν ὑπερβολὴν ἀντὶ τοῦ ἐγείρεται καὶ μετεωρίζεται:* quum *αἴρεται* ipsum sit i. q. *μετεωρίζεται*, dici recte nequit *ἀντὶ τοῦ ἐγ. καὶ μετεωρ.*

Scribendum igitur est: *πόλεμος αἴρεται: μετεωρίζεται, διὰ τὴν ὑπερβολὴν ἀντὶ τοῦ ἐγείρεται.*

20 Eq. 655: *ἤδη μοι δοκεῖ ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰσηγγελμέναις* (sc. *εἰς τὴν βουλήν*) *εὐαγγέλια θύειν*: Mein. scripsit *ἀγαθαῖσι ταῖς ἠγγελμέναις* e conj. Cobeti (N. L. 327) contra quem Kock. recte attulit Thuc. VIII. 79: *ἐσηγγέλλετο ἡ ἐν τῇ Σάμῳ ταραχή* (de quo l. ipse Cobet. N. L. 423 disputat in *ἐσηγ.* non offendens), 92: *ἐσηγγέλθη τοῖς τετρακοσίοις*, formulam *εἰσαγγελθέντων ὅτι.* Addo ex ipso Ar. Th. 597: *τὸ πρᾶγμα τουτὶ δεινὸν εἰσαγγέλλεται* (sc. *εἰς τὴν τῶν γυναικῶν ἐκκλησίαν*) — antecedunt 595: *ἦλθον ἀγγελῶν* — quo in loco Mein. non haesit. Cf. etiam Ach. 135: *ἕτερος ἀλαζὼν οὗτος ἐσκηρύττεται* (sc. *εἰς τὴν ἐκκλ.*) „per praeconem citatur" (schol. *καλεῖται ὑπὸ τοῦ κήρυκος*). Soph. El. 690. Dio Cass. 61, 20 (in carceres ad certamen).

21 P. 283 sq.: *ἐς τἀπὶ Θρᾴκης χωρία | χρήσαντες ἑτέροις αὐτόν* (sc. *τὸν ἀλετρίβανον*) *εἶτ' ἀπώλεσαν* (sc. *Λακεδαιμόνιοι*). Mein. adn. crit. „*χωρία:* hoc suspectum", Vind. p. 42: „constanti usu veteres Attici dicunt *ἐς τἀπὶ Θρᾴκης*, quare fuit quum vitium loco inhaerere suspicarer; videtur tamen idem h. l. legisse Pseudo — Eur. ep. 61: *εἰς τἀπὶ Θρᾴκης χωρία στέλλετε*". Miror hoc judicium Meinekii: *τὰ ἐπὶ Θρᾴκης χωρία* dixerunt etiam Thuc. II. 29, 4. V. 2, 1. 12, 1. 80, 2 (sed *τὰ ἐπὶ Θρ.* I. 59. 68. II. 9. 67. IV. 8. 82. V. 21) et Xenophon Hell. II. 2. 5. V. 2. 24 (om. *χωρία* V. 2. 12); similiter Aeschines *τὸν ἐπὶ Θρ. τόπον* II. 9. III. 73. Ar. simpliciter *τἀπὶ Θρᾴκης* dixit V. 288. Av. 1369. Cf. *ἐπὶ Θρᾴκης μισθοφορεῖν* Ach. 602. *ἀπεῖναι* L. 103. — In transitu castigarim typothetas Teubnerianae et Tauchnitzianae ed. Ar., quippe qui P. 966 sq. *οὐχ αἱ γυναῖκές γ' ἔλαβον* (sc. *κριθήν*). — *ἀλλ' εἰς ἑσπέραν δώσουσιν αὐταῖς ἄνδρες* — miro consensu foedum errorem *αὐτοῖς* admiserint.

22 Av. 920: *ταυτὶ σὺ πότ' ἐποίησας; ἀπὸ πόσου χρόνου;* sic recte scripserunt Bgk. Mein. Kock. ex emend. Bentl., codd. *ποίου.* Cf. *πόσον χρόνον* (Krüg. I. 47. 2. n. 3) Ach. 83. Eupol. 187. Recte se habet *ποίου χρόνου* Pl. 1046, alia tamen significatione (v. infra). *πόσος* in *ποῖος* corruptum est R. 55 in Ven., ut *ὅσος* in *οἷον* Eq. 187 in Θ P M (*οἷον* adscriptis a

2. m. γϱ. καὶ ὅσον V. Γ.). Eodem modo ποῖος in πόσος mutandum censeo Aesch. Ag. 278: ποίου χϱόνου δὲ καὶ πεπόϱθηται πόλις; (cf. Eur. Hel. 111: πόσον χϱόνον γὰϱ διαπεπόϱθηται πόλις;) et Eur. Iph. A. 814: ποῖον χϱόνον ἔτ' ἐκμετϱῆσαι χϱὴ πϱὸς Ἰλίου στόλον; (πόσον codd. Cantabrig.). Neque magis ferri potest ap. Stat. Silv. I. 6. 98: „quos ibit procul hic dies per annos", ubi „quin" scribendum esse persuasit mihi Wachsmuthius, praeceptor dilectissimus, quum aestate a. 1876 sodalibus seminarii philol. Gotting. Statii Silvas interpretandas proposuit.

Av. 1169: ἀλλ' ὅδε φύλαξ γὰϱ τῶν ἐκεῖθεν ἄγγελος | ἐσθεῖ πϱὸς ἡμᾶς δεῦϱο πυϱϱίχην βλέπων „ad nos accurrit": at offendo in verbo ἐσθεῖν, quippe quo soli usi sint Dio Cass. 62, 16 et Philostr. vit. Apoll. 1, 28 et ita ut significet „incurrere, intrare". An poeta scripsit πϱοσθεῖ? (ut Thuc. IV. 33. Xen. Cyr. V. 3. 20; cf. πϱοστϱέχειν τινί Ar. Av. 759; de nuntio Ach. 1084. Th. 572. — absol. Men. 367. Hegesipp. 1. πϱός τι Posidipp. 24) ut literae πϱ ab initio versus statuantur excidisse. Cogitari possit etiam de verbo ἕϱπει (cf. V. 272. 552. P. 585. R. 129. E. 398. 511. frg. 18. Men. 652), quod non lentum semper, sed interdum etiam celerrimum incessum significare docet Soph. O. C. 1643: ἀλλ' ἕϱπεθ' ὡς τάχιστα. — Av. 1121 poeta simpliciter dixit: οὑτοσὶ τϱέχει τις Ἀλφειὸν πνέων.

Av. 1546: ἀεί ποτ' ἀνθϱώποις γὰϱ εὔνους εἴμ' ἐγώ (sc. Πϱομηθεύς). — μόνον θεῶν γὰϱ διὰ σ' ἀπανθϱακίζομεν. Kockius festivitatem hujus loci deprehendere sibi videtur in lusu verborum ἀπανθϱακίζειν et ἀπανθϱωπίζειν „alqm hominem reddere, i. e. ad humanitatem informare" (Stob. Ecl. phys. I. p. 1096); utrumque enim, et humanum cultum et usum ignis Prometheum homines docuisse. At hoc est διὰ σὲ μόνον ἀπηνθϱωπισμένοι ἐσμέν, neque vero διὰ σὲ μ. ἀπανθϱωπίζομεν. Itaque eiusmodi lusum verborum ab hoc quidem loco alienum judico (N. 95 sqq. tamen ἐνταῦθ' ἐνοικοῦσ' ἄνδϱες οἳ τὸν οὐϱανὸν | λέγοντες ἀναπείθουσιν ὡς ἐστὶν πνιγεὺς | κἄστιν πεϱὶ ἡμᾶς οὗτος, ἡμεῖς δ' ἄνθϱακες recte videtur Kock. statuere poetam voce ἄνθϱακες alludere ad vocem ἄνθϱωποι). Mihi quidem unice probanda videtur

interpretatio schol. a Kockio neglecta: *ἀπανθρακίζομεν: ὀπτὰς ἐσθίομεν. ὡς ἐν κωμῳδίᾳ δὲ τοῦ εὐτελεστέρου ἐμνήσθη ἐπὶ ἄλλων μέγιστα ἰσχύοντος τοῦ πυρός.* Pithetaerus igitur, qui illa dicit, usum ignis a Prometheo in terram delati illustrans more comoediae rem levissimi momenti commemorat: „tui solius munere atque beneficio cibos super carbonibus torremus, carbonibus impositos assamus, tibi soli debemus hoc inventum, hoc commodum“ (perperam Bergl. Kuster. olim *ἀπανθρακίζειν* solis de piscibus torrendis acceperunt: cf. R. 506: *βοῦν ἀπηνθράκιζ᾽ ὅλον*), quum Aeschylus tragicus seria agens dicat Prom 7: *παντέχνου πυρὸς σέλας θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν.* 506: *πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως* (= *διὰ Προμηθέα*: cf. Ar. Pl. 160 sqq.).

25 L. 736: *πάσας προφάσεις ὥστ᾽ ἀπελθεῖν οἴκαδε* | *ἕλκουσιν* (sc. *αἱ γυναῖκες*): homines docti in verbo *ἕλκουσιν* offenderunt: Wakefield ad Eur. Jon. 1430 cl. Hesych. s. v. *πλέκει* et Dobr. Adv. II. 247 scribi voluerunt *πλέκουσιν* (*προφάσεις πλέκειν* dixit Plut. Mor. 237 C, ut *αἰνίγματα* 988 A, *μηχανάς* Eur. Andr. 66. Pl. Symp. 203 D. *παλάμας* Ar. V. 644), Mein. Vind. p. 128 proposuit *λέγουσιν* (in usum suum convertere negligens Philem. frg. 67, ubi Brunck. recte restituit *λέγουσι πάντα μᾶλλον ἤ τι τἀγαθόν*, quum codd. vitiose praebeant *πλέκουσι*). At *ἕλκουσιν* rectissime se habere docet locus Hdt. VI. 86: *ὡς δὲ ἀπικόμενος Λευτυχίδης ἐς τὰς Ἀθήνας ἀπαίτεε τὴν παραθήκην, οἱ Ἀθηναῖοι προφάσιας εἷλκον, οὐ βουλόμενοι ἀποδοῦναι* „tergiversabantur praetextus (undique) conquirentes“. Optime autem notatur verbo *ἕλκουσιν* summum mulierum ad viros perveniendi studium. Ceterum cf. *πρόφασιν καθιέναι* V. 174. *προφάσεις παρέχειν* Av. 581. *προφασίζεσθαι* L. 756. — V. 339. 468: *πρόφασίν τιν᾽ ἔχων.* Ach. 345: *μή μοι πρόφασιν* (sc. *πάρεχε* s. *ἕλκε*).

26 L. 1124 sqq.: *ἐγὼ γυνὴ μέν εἰμι, νοῦς δ᾽ ἔνεστί μοι·* | *αὐτὴ δ᾽ ἐμαυτῆς οὐ κακῶς γνώμης ἔχω,* | *τοὺς δ᾽ ἐκ πατρός τε καὶ γεραιτέρων λόγους* | *πολλοὺς ἀκούσασ᾽ οὐ μεμούσωμαι κακῶς.* Recte judicat Mein. Vind. p. 137: parum eleganter poetam duplicem gen. sic conjunxisse ut alter (*ἐμαυτῆς*) ab altero (*γνώμης*) sit suspensus, quod quamquam etiam aliis locis factum sit, horum tamen paullo aliam esse rationem, nec

quidquam impediisse poetam, quominus scriberet *αὐτὴ δ' ἀπ' ἐμαυτῆς οὐ κακῶς γνώμης ἔχω*, praesertim quum in opposita sententia item praepositione usus sit *τοὺς δ' ἐκ πατρός τε καὶ γερ. λόγους*. Etiam Madvig. Adv. crit. I. 281 gen. *ἐμαυτῆς* ratione carere intellexit, ipse *ἐπί* praep. excidisse censens. Idem autem perspexit particulam *δέ* ferri non posse, quia verbis *αὐτὴ κτλ.* illustretur quod antecedit *ἐγὼ γυνὴ μέν εἰμι, νοῦς δ' ἔνεστί μοι.* Neque tamen placet quod scribi jussit *αὐτή τ' ἐπ' ἐμαυτῆς οὐ κακῶς γνώμης ἔχω, τούς τ' ἐκ πατρός τε καὶ γερ. λόγους κτλ.*, non tam propter anapaestum *τ' ἐπ' ἐμαυ|τῆς* (item Mein. *δ' ἀπ' ἐμαυ|τῆς*) ab enclitica voce *τε* (vel particula *δέ*) incipientem, qui quidem aliquam excusationem habet in pede 2., praesertim quum accedat elisio (v. Bernhardi de incisionibus anapaesti in trimetro comico Graecorum in Actis soc. philol. Lips. I. 1872. p. 286), quam quia duae illae offensiones una eaque lenissima tolli possunt medela: scribas enim *αὐτὴ δι' ἐμαυτὴν οὐ κακῶς γνώμης ἔχω, τοὺς δ' ἐκ πατρός τε καὶ γερ. λόγους κτλ.* ut jam evadat asyndeton explicativum (cf. e. c. Eq. 1102. P. 260. Av. 423. Th. 616. Krüg. I. 59. 1. n. 5). *δι' ἐμαυτήν* significat „ipso ingenio, ipsa natura atque indole mea" (cf. Pl. Reip. II. 367 D: *δικαιοσύνη αὐτὴ δι' ἑαυτὴν τὸν ἔχοντα ὀνίνησιν καὶ ἀδικία βλάπτει*). Bipartita igitur oratione Lysistrata originem mentis suae deducit partim ab ipsius natura atque indole („et primum quidem a natura mihi inditum fuit ut recte sentirem" Brunck.) partim ab usu atque commercio patris seniorumque virorum. Ceterum simillimus est locus Schilleri nostri Tell I. 2. 58 sqq.: „Des edeln Ibergs Tochter rühm' ich mich, des vielerfahrnen Manns. Wir Schwestern sassen die Wolle spinnend in den langen Nächten, wenn bei dem Vater sich des Volkes Häupter versammelten, des Landes Wohl bedachten in vernünftigem Gespräch. Aufmerkend hört' ich da manch' kluges Wort und still im Herzen hab' ich's mir bewahrt."

Th. 202. Quum Agathon recusarit quod petivit Eur. 27
ut in contionem mulierum se conferat ibique pro se verba faciat, jam quaerit ex eo Eur.: *τί δ' ἔστιν ὅτι δέδοικας ἐλθεῖν αὐτόσε;* — ad quod respondet ille: *κάκιον ἀπολοίμην ἂν ἢ σύ.* Meinekio Vind. p. 150 „novum hoc et inauditum accidit

δέδοικα sic cum infinitivo conjunctum ac veretur ne scripserit poeta *ἐλθών* si ictuc veneris". Sane *ἐλθεῖν* ferri nequit si scribitur pron. rel. *ὅ,τι* quod pendeat e v. *δέδοικας* „quid illud est quod times"?, quod vides in edd. Bekk. Dind. Fritzsch. Bergk. Optime vero se habet inf. *ἐλθεῖν* si scribitur conjunctio *ὅτι*, quam vides in edd. Engeri et ipsius Mein. (etiam in Vind. l. l.). Jam enim *δέδοικας* significat „vereris, formidas", ut sententia sit „quid est quod illuc ire formidas, vereris?", qua vi *δεδιέναι* inf. adsciscere constat (cf. *H* 93. Thuc. I. 136; e com. Amphid. frg. 33: *δέδιεν ἐπὶ τὰ πράγματα ὁρμᾶν προχείρως*). De formula *τί ἐστιν ὅτι*; cf. Eq. 183: *οἴμοι τί ποτ' ἔσθ' ὅτι σαυτὸν οὐ φῄς ἄξιον;* Philem. 109: *τί ποτ' ἐστιν ἆρα διότι βούλεταί μ' ἰδεῖν*; —

28 Haud raro a librariis, etiam Ar. codd., ordinem verborum perturbatum esse constat; plerique loci Ar. jam emendati sunt sive e praestantioribus libris sive conjecturis. Sex tamen inveni qui hanc lenem transpositionis verborum medelam adhuc desiderant.

a. L. 395: *ἡ δ' ὑποπεπωκυῖ' ἡ γυνὴ 'πὶ τοῦ τέγους | κόπτεσθ' Ἄδωνίν φησιν* — Mein. Vind. p. 124: „est haec eadem mulier quam respiciens 389 dixerat *ὅ τ' ἀδωνιασμὸς οὗτος οὑπὶ τῶν τεγῶν.* Malim igitur *ἡ γυνὴ ἡ 'πὶ τοῦ τέγους*, eadem crasi qua Th. 536 legitur *εἰ δὲ μὴ ἡμεῖς* quam frustra Porsonus expellere conatus est" (Addend. ad Eur. Hec. p. 102 repugnante Reisigio Conj. p. 309. Syntagm. cr. p. 33; cf. Krüg. II. 13. 6. n. 1). At insolentior illa crasis facile vitatur verbis in h. modum transpositis *ἡ 'πὶ τοῦ τέγους γυνή* (cf. N. 218: *οὑπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ.* 1502 et V. 68: *οὑπὶ τοῦ τέγους*). —

b. L. 983. Laco dicit: *κᾶρυξ ἐγὼν — — | ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας περὶ τᾶν διαλλαγᾶν.* Porsonus quum (ad Eur. Hec. 1161 p. 72. Add. p. 99. Opusc. p. XCIV) egregie observasset in hujusmodi formulis, quibus legati dicantur certo aliquo consilio mitti, vocem quae pendet e *περί* praep. (*εἰρήνη*, *σπονδαί*, *διαλλαγαί* sim.) constanter articulo carere (v. Kock. ad Eq. 668; supra p. 11), scribi jussit *Σπάρτας γα περὶ διαλλαγᾶν.* Repugnavit Reisig (Syntagm. cr. pp. 16. 43.) recc. edd. probatus, quia Lacones studiosissimi sint articuli,

quare fieri non potuerit, quin procliviores fuerint librarii ejus praetermittendi quam admiscendi. At librarii in universum maxime proclives sunt articuli etiam contra numeros inserendi (v. infra §. 30). Sane recte observavit Reisig. usum Laconum (add. quod infra §. 30 i. k. disputabo de nomine populi Atheniensium): at tamen quominus *περὶ τᾶν διαλλαγᾶν* pro vero habeam duo obstant: alterum quod iidem Lacones usum illum Atticorum secuti sunt L. 1101: *ἐπὶ τί πάρεστε δεῦρο; — περὶ διαλλαγᾶν πρέσβεις*, alterum quod L. 1009 sq. librarii codd. B. Voss. in eadem illa formula *περὶ διαλλαγῶν* articulum de suo addidisse numeris convincuntur (vitium metricum deinde removerunt *φράζε* in *φράσον* mutato librarii codd. A. *Δ*; cf. etiam Av. 1588: *περὶ τοῦ πολέμου καταλλαγῆς:* Rav. *π. τοῦ πολ. καὶ τῆς διαλλαγῆς*). Itaque ipse quoque art. delendum censeo neque tamen scribendum *γα περὶ διαλλαγᾶν* (quod potius dicendum erat *περί γα διαλλαγᾶν* vel *περὶ διαλλαγᾶν γα*), sed leni transpositione *ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας διαλλαγᾶν πέρι* (cf. P. 216: *εἰ ἔλθοιεν οἱ Λάκωνες εἰρήνης πέρι*). Sero vidi in eandem conjecturam incidisse Herwerdenum Stud. crit. in poet. scen. Gr. p. 69, qui tamen more suo locum minus accurate tractavit, quare meam disputationem supprimere nolui.

Th. 500: *ἡ γυνὴ δεικνῦσα τἀνδρὶ τοὔγκυκλον | ὑπ' αὐγὰς οἷόν ἐστιν:* hujus versus conclamati vitium metricum *ὑπ' αὐγάς* (a schol. Rav. ridicule defensum) homines docti variis modis removere conati sunt. Bentl. conj. *ὑπαυγές* quod recepit Bothius; Hotib. *ὕπαυγον*, Wellauer. *ὕπαυγος*, Ahlwardt. *διαυγές* vel *παναυγές* — quos singulos refutare nihil attinet. Fritzschius scripsit *ὁποῖον ὑπ' αὐγάς ἐστιν*, quod non solum displicet propter anapaestum 2. pedis tripartitum (cf. Bernhardi l. c. pp. 285. 259), sed etiam ineptum est, ut monuit Engerus, siquidem mulier viro pallium non propterea monstrat, ut quale sit ad solem expansum videat, sed ad solem expandit, ut quam pulcrum sit appareat. „Perquam ingeniose Hermannus nulla mutatione *ὑπαυγάσ'* conjecit, modo constaret de significatione verbi *ὑπαυγάζειν*" (Mein. Vind. p. 154). Dindorf., cl. Timaei lex. Plat. p. 264 *ὑπ' αὐγάς· ὑπὸ τὸν ὄρθρον ἢ ὑπὸ τὸν πεφωτισμένον ἀέρα*, poetam *ὑπ' ὄρθρον* scripsisse censet, cujus in locum librarius *ὑπ' αὐγάς*

substituerit — quae ratio quum per se parum verisimilis est, tum propterea prorsus improbanda, quia h. l. opus est potius altera illa significatione *ὑπὸ τὸν πεφωτισμένον ἀέρα* i. e. ad lucem solis; accedit quod Ar. *κατ' ὄρθρον* dicit (V. 772) vel *πρὸς ὄρθρον* (L. 1089. E. 20; cf. Ach. 256: *ἐπειδὰν ὄρθρος ᾖ*. V. 216) neque omnino *ὑπό* c. acc. temporali vi ita usurpavit, ut significet „sub, circiter" (quo intellectu ne apud cett. quidem comicos reperitur nisi in Damox. frg. 2: *περὶ δύσιν Πλειάδος — ὑπὸ τροπάς τε*). Engerus miratur nemini in mentem venisse *αὐγὰς ὑφ' οἷόν ἐστιν*, quod idem nuper recoxit tamquam novum, quae est ejus temeritas, Herwerden. (Append. ad Stud. crit. in p. scen. Gr. p. 17 sq.) cl. L. 1146 (!). At recte monuit Mein. l. c. perpetuo usu dici *ὑπ' αὐγάς* (cf. Hom. *β* 181. *λ* 498. 619. *ο* 349. Eur. Hec. 1144. Pl. Phaedr. 268 A. 269 A. Plut. Mor. 462 D. 623 C. Ruhnk. et Hemsterh. ad Timae. p. 264), quem ordinem verborum vix tragicis poetis nedum comicis invertere licuerit. Accedit quod observari potest Ar. constanti usu, qui 17 locis cernitur, praepositiones (bisyllabas et anastrophae accentus patientes) ita tantum postponere, ut pendeat genetivus: *ἄπο* Ar. 1517. *ὕπο* L. 1145 sq. E. 4. *ὕπερ* V. 1118. *πέρι*: N. 956. P. 216. Av. 23. 113. 1101. 1631. L. 627. 1235. 1289. R 809. 1426. Pl. 199 — nam Th. 1055: *νέκυσιν ἔπι πορείαν* (sic recte scripsit Fritzsch. probatus Engero, codd. *ἐπιπορείαν*, cett. edd. inde a Bekk. *ἐπὶ πορείαν*) „ad mortuos iter" exstat in cantico maximam partem ex Eur. Andromeda desumpto vel certe ad similitudinem sermonis Euripidei composito. (Rejicienda igitur est etiam conj. Dobraei qui l. conclamatum Av. 719: *ὄρνιν τε νομίζετε πάνθ' ὅσαπερ περὶ μαντείας διακρίνει* ita sanari putavit ut scribatur *ὅσαπερ πέρι μαντεία διακρίνει* — ceteroquin etiam usu praep. *περί* acc. junctae ab Ar. prorsus alieno). Prorsus eadem censuetudo cernitur in frg. com., ubi 7 ies praep. genetivo postpositam vides: *ἄπο* Cratin. 16. *ἔπι* Ophel. 1. *ὕπο* Dionys. V. p. CCXX sq. *ὕπερ* Phryn. 68 (?). *πέρι* Men. 689. *μέτα* Eupol. 409. Men. 803; nam Men. 300 (cant. anap.) *εὐφημείσθω | τέμενος πέρι Λευκάδος ἀκτῆς* (sic Mein. Vind. Strab. p. 172 et Bernhardy Synt. p. 259; traditum est *περὶ*, Mein.

cogitavit etiam de *παρὰ*) excusationem videtur habere ab elatiore fereque tragico genere dicendi. Itaque dubitari potest, num Hermann. et Mein. (Stob. I. p. XXVI) frg. Men. 582 (trim.) *ὀργῇ παραλογισμός ποτ' οὐδεὶς φύεται* recte mutarint in *ὀργῇ πάρα λογισμός κτλ.* (Dobr. Adv. II. 280 conj. *ὀργῇ λογισμὸς γάρ κτλ.*). — Denique, ut ad locum Ar. revertamur, Mein., quum in ed. „intactum reliquerit versum foede depravatum", Vind. l. c. dicit, si certo sibi constaret *οἷον* poetas comicos ut saepe jambica mensura dixerint (v. Kock. ad Eq. 139), sic etiam pyrrhichica dixisse — quod tamen exemplis non comprabatur —, conjecturum se esse *οἷόν ἐσθ' ὑπ' αὐγάς.* — Miror neminem adhuc vidisse vitium loci satis leni mutatione sanari posse ita, ut *οἷον* ante *ὑπ' αὐγάς* transposito et *γε* particula inserta scribatur: *οἷόν γ' ὑπ' αὐγάς ἐστιν* — cll. Th. 21: *οἷόν γέ τοὔστιν αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι.* Eupol. 313: *οἷόν γέ τοὔστὶ γλῶττα κἀνθρώπου λόγος* (Ar. V. 27: *δεινόν γέ τοὖστ' ἄνθρωπος ἀποβαλὼν ὅπλα*) — qua ratione, id quod sententia flagitatur, vocabulum *οἷον* vel maxime effertur: „wie schön doch nur das Kleid bei Lichte sei!"

E. 610 sqq. Postquam e plebiscito Atheniensium res publica mulieribus tradita est administranda (210. 430. 455 sqq. 555 sqq.) jam Praxagora Blepyro marito novam (*καινοτομεῖν* 584 sqq.) civitatis administrandae rationem exponens profitetur unum omnibus communem fore victum, quo omnes omnibus rebus pari ratione utantur et ex iisdem bonis (*ἐκ κοινοῦ*) vivant; itaque jam unicuique quam possideat pecuniam numeratam (*ἀφανῆ πλοῦτον* 642) in medium, i. e. in commune esse deponendam (*τοῦτ' ἐς τὸ μέσον καταθήσει* 602). Quod quum dubitet Blep. num omnes sint facturi, Prax. negat pecuniam cuiquam usui fore (604: *ἀλλ' οὐδέν τοι χρήσιμον ἔσται πάντως αὐτῷ*) et quaerit ex eo quidnam emolumenti futurum sit non deponenti, omni victu omnibus communi: *νῦν δ' ἔσται γὰρ βίος ἐκ κοινοῦ, τί τὸ κέρδος μὴ καταθεῖναι;* 610. d.

Respondet Blep.:

ἢν μείραχ' ἰδὼν ἐπιθυμήσῃ καὶ βούληται σκαλαθῦραι,
ἕξει τούτων ἀφελὼν δοῦναι· τῶν ἐκ κοινοῦ δὲ μεθέξει
ξυγκαταδαρθών. — ad quae refert Prax.

ἀλλ' ἐξέσται προῖκ' αὐτῷ ξυγκαταδαρθεῖν·
καὶ ταύτας γὰρ κοινὰς ποιῶ τοῖς ἀνδράσι συγκατακεῖσθαι.

Verba Blepyri non ab omni parte recte se habere senserunt magis quam intellexerunt soli Bergk. et Mein. Illi *ξυγκαταδαρθών* videtur a grammatico additum ad versum redintegrandum, Mein. autem (qui post *δοῦναι* comma posuit, post *ξυγκαταδαρθών* signum interrogationis) Vind. p. 199 varias, cunctanter tamen, protulit conjecturas. Desiderat enim in verbis Bl. *ἣν μείρακ' ἰδὼν κτλ.* justum cum praecedentibus nexum, quare suspicatur excidisse Blepyri versum hac sententia „esto, sed tu ad haec mihi responde“, nisi forte plura exciderint atque in his etiam subjectum verbi *ἐπιθυμήσῃ*, ut carere liceat Cobeti et Herwerdeni conj. *ἐπιθυμῇ τις* scribentium. At hac conjectura omnino non opus est: facillime enim ad *ἐπιθυμήσῃ* intellegitur subj. *τις* ex eis quae proxime antecedunt: *τί τὸ κέρδος μὴ καταθεῖναι* (sc. *τινί*) „quidnam emolumenti erit non deponenti?“ (cf. Pl. Menon. 97 A: *οὐκ ἔστιν ὀρθῶς ἡγεῖσθαι ἐὰν μὴ φρόνιμος ᾖ.* Aristot. Rhet. II. 2. 1378 b 2: *ἡδὺ τὸ οἴεσθαι τεύξεσθαι ὧν ἐφίεται.* Krüg. I. 61. 4. n. 5). Cur autem Mein. justum cum praecedentibus nexum desideret in verbis Blepyri non intelligo. Quum enim ex eo quaesiverit Prax. quidnam emolumenti futurum sit non deponenti pecuniam numeratam, jam Bl. emolumentum aliquod affert: „si quis puellam conspicatus cupiat, habebit quod ei det, desumens ex eis quae sibi reservarit nec in commune contulerit“ — ad quae deinde Prax. respondet etiam mulieres communes fore omnibus. Recte vero offendit Mein. in postremis verbis Blepyri: *τῶν ἐκ κοινοῦ δὲ μεθέξει ξυγκαταδαρθών.* Importunum enim esse illud *μεθέξει* neque ad sententiam aptum; scribendum videri *παρέξει* neque id superfluum esse post *τούτων ἀφελὼν δοῦναι* (at tunc dicendum erat: *ἢ τῶν ἐκ κοινοῦ παρέξει ξυγκαταδαρθών;* „an vero e communi desumet quod det puellae?“). Fortasse tamen vitium loci in *ξυγκαταδαρθών* latere, quod e *ξυγκαταδαρθοῦσα* corruptum videri possit (at displicet subjectum mutatum). Nolim longus esse in re certissima: quis enim non videt verba *τῶν ἐκ κοινοῦ δὲ μεθέξει | ξυγκαταδαρθών*, „communium autem participabit cum ea concum-

bens" unice esse Praxagorae? Itaque poetam hunc l. ita scripsisse censeo:

Βλ. ἢν μεῖραχ' ἰδὼν ἐπιθυμήσῃ. καὶ βούληται σκαλαθῦραι
ἕξει τούτων ἀφελὼν δοῦναι.
Πρ. μάλλ' ἔσται προῖκα μάλ' αὐτῷ
ξυγκαταδαρθεῖν, τῶν ἐκ κοινοῦ δὲ μεθέξει
ξυγκαταδαρθών.
καὶ ταύτας γὰρ κοινὰς ποιῶ τοῖς ἀνδράσι συγκατακεῖσθαι.

Si quis quod Praxagora 604. 626. 641. 649. 657. 689 simpliciter dicit in responsionibus ἀλλά idem h. l. malit servari, scribendum est: ἕξει δοῦναι τούτων ἀφελών. — ἀλλ' ἔσται κτλ. De μάλλά (= μὴ ἀλλά: Krüg. II. 13. 7. n.) „noli haec dicere, sed" i. e. „minime, immo" — cf. Aesch. Ch. 918. Ar. Ach. 458. Av. 109. R. 103. 611. 745. 751. Stallb. ad Pl. Gorg. 497 B. Alcib. I. 114 E; eodem modo μ(ὴ) ante ἀλλά excidit culpa librariorum in initio responsi cum hiatu non ferendo Th. 646: οὐκ ἐνγεταυθί. — μάλλὰ δεῦρ' ἥκει πάλιν, ubi particulam inseri jussit primus Bentl. — De simplici ἔσται cf. e. c. E. 678: ῥαψῳδεῖν ἔσται τοῖς παιδαρίοισιν. — προῖκα μάλα dictum est ut αὐτίκα μάλα Eq. 284. 475. 746. P. 237. 367. Av. 202. L. 739. 744. R. 785. E. 21. Pl. 347. 432. 942. 1191. μάλ' αὐτίκα Th. 750. Plat. frg. 125. μάλα ταχέως Hegem. frg. (II. 743) sim. (v. Passow. lex. II. 1. p. 116). Pro τῶν ἐκ κοινοῦ δὲ μεθέξει scribi possit, quamquam necessarium non est, etiam τῶν ἐκ κ. τε μεθ. (alterum colum tetr. anap. a voce enclitica orditur e. c. etiam R. 1074: γ' ἐς τὸ στόμα). — Dicit igitur Praxagora jam licere unicuique gratis concumbere cum puellis, quo ipso concubitu particeps fiat rerum communium, quippe quia etiam mulieres sint inter res omnibus communes (cf. 590: κοινωνεῖν πάντας φήσω χρῆναι πάντων μετέχοντας). τῶν ἐκ κοινοῦ μεθέξει igitur per attractionem articuli (v. Krüg. I. 50. 8. n. 10) dictum est pro ἐκ κοινοῦ (671) μεθέξει τῶν ἐν κοινῷ (661): cf. Pl. 857: ἀπολωλεκὼς ἅπαντα τἀκ τῆς οἰκίας (Th. 826). Philem. 117: ἅπαντα τἀκ τῆς οἰκίας ἀπώλεσεν. Eq. 1201: ὑφήρπασας τοὺς ἐκ Πύλου. Cratin. 73: τἀξ Αἰγύπτου χρυσία κλέπτοντας (Thuc. IV. 19. 1: ἀπαιτοῦντες τοὺς ἐκ τῆς

νήσου ἄνδρας. VI. 7. 2: ἐκδιδράσκουσιν οἱ ἐκ τῶν Ὀρνεῶν). Av. 1172: τῶν θεῶν τις ἄρτι τῶν παρὰ τοῦ Διὸς εἰσέπτετ' εἰς τὸν ἀέρα (τῶν παρὰ τῷ Διὶ παρὰ τοῦ Διός). Antiph. 168: πάντα τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς ἀπέλαβεν. Eadem ratione vides adverbia loci in -θεν exeuntia (Krüg. l. c. n. 11) frg. 285: ἀμφορέα λαβὼν τῶν ἔνδοθεν (= ἔνδοθεν τῶν ἔνδον). Pl. 964: τῶν ἔνδοθεν καλέσω τινά. Av. 1168: τῶν ἐκεῖθεν ἄγγελος (= τὰ ἐκεῖθεν ἀγγέλλων = ἀγγέλλων ἐκεῖθεν τἀκεῖ: cf. 1120: ἄγγελος ὅτου πευσόμεθα τἀκεῖ πράγματα). Antiph. 202: ἥρπακεν τἄνδοθεν πάντα. Alexid. 61 (?); denique ter apud Ar. e rariore usu (Krüg. n. 14) adv. terminum motus indicantia ἐκεῖσε δεῦρο θύραζε: E. 488: περισκοπουμένη τἀκεῖσε (= ἐκεῖσε τἀκεῖ). Th. 666: τὰ δεῦρο πάντ' ἀνασκόπει καλῶς. R. 752: τοῖς θύραζε ταῦτα καταλαλῶν (= θύραζε καταλαλῶν τοῖς θύρασι: „foras proferens, per extraneos divulgans"). —

e. Av. 1715 sqq.

> ὀσμὴ δ' ἀνωνόμαστος ἐς βάθος κύκλου
> χωρεῖ, καλὸν θέαμα· θυμιαμάτων δ'
> αὖραι διαψαίρουσι πλεκτάνην καπνοῦ.

Exspectaris εἰς ὕψος κύκλου „in altum caelum" — εἰς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ schol. (P. 140: ἐς πόντιον βάθος πίπτειν) — at cf. Verg. Buc. IV. 51. Georg. IV. 222: caelum profundum, quibus locis a Kockio allatis addas Eur. Med. 1286: ἐς αἰθέρος βάθος. Particulam δ' primus addi jussit Toup. (Emendd. in Suid. III p. 137) e Suid. s. v. ὀσμή; addidit deinde Brunck. e cod. A; exstat vero etiam in R. V. Voss. (de elisione in fine trimetri admissa cf. R. 298: οὐ μὴ καλεῖς μ', | ὤνθρωπε. E. 351: ἐμοὶ δ' | ὥρα βαδίζειν. E tragicis eam solus admisit Sophocles — decies: in δέ: O. T. 29. 785. 791. 1224. O. C. 17. El. 1017. Ant. 1031. τέ: O. T. 1184. ταῦτα: O. T. 332. μολόντα: O. C. 1164; abstinuit tamen hac licentia posteriore aetatis tempore, in Phil. et Trach.; v. Pietzsch de Calliae grammatica quae appellatur tragoedia. Diss. Hal. 1861. p. 22 sqq., add. Christ. Metr. Gr. et Rom. p. 361). Idem ille Toup. primus l. c. ex Suid. s. v. ὀσμή verba poetae ita distinxit ut inde a Brunckio scribi solent, quum antea in edd vett. distingueretur

aut post χωρεῖ, ut verba καλὸν θέαμα pertinerent ad ea quae sequuntur vi exclamationis „o pulcrum spectaculum“, aut post θυμιαμάτων, quarum constructionum addita particula δέ neutram jam ferri posse patet. Neque tamen recc. edd. ratio mihi comprobatur. Quomodo enim verba καλὸν θέαμα referri possunt ad ea quae antecedunt? quomodo „odor infandus“ recte dici potest „spectaculum pulcrum“? cujusmodi κατάχρησιν (etsi simillimam admisit Klopstockius noster qui dixit „er liess der Barden Kriegshorn tönen dem Auge“) neque Ar. neque ulli veterum poetarum tribuere licet (prorsus aliter enim se habet quod dixit Aesch. Prom. 115 sq. τίς ἀχώ, τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής | θεόσυτος ἢ βρότειος; de re auribus quidem et odoratu, neque tamen simul etiam oculis percepta). Immo verba καλὸν θέαμα unice referenda sunt ad ea quae sequuntur, quorum ordo hic est: αὖραι διαψαίρουσι πλεκτάνην καπνοῦ θυμιαμάτων (v. adn. Kockii). Jam conjici possit δέ transposito scribendum esse καλὸν δὲ θέαμα, θυμιαμάτων | αὖραι κτλ. (cf. Eur. Suppl. 783: καλὸν θέαμα δ', εἴπερ ὄψομαι τὰν ἄελπτον ἁμέραν), ut statuatur synicesis δὲ θέα — (cf. Krüg. II. 13. 3. Christ. Metr. p. 21 sq. Rumpel Philol. XXVI. 241 sqq.): neque enim ferri potest in 3. pede anapaestus δὲ θέα | μα h. loco, quippe quo poeta consulto imitatus sit elatum tragicorum dicendi genus (cf. C. Fr. Müller. de ped. sol. in dial. senariis Aesch. Soph. Eur. p. 12?. 130. 144.). At displicent verba καλὸν δὲ θέαμα appositionis loco ab initio enuntiati posita (alia enim est ratio loci Eur. modo allati). Itaque malim verbis καλὸν θέαμα θυμιαμάτων in extremum enuntiatum, δ' αὖραι post διαψαίρουσι transpositis scribere:

ὀσμὴ δ' ἀνωνόμαστος ἐς βάθος κυκλοῦ
χωρεῖ, διαψαίρουσι δ' αὖραι πλεκτάνην
καπνοῦ, καλὸν θέαμα, θυμιαμάτων.

— qua ratione jam omnia optime procedunt.

E. 452 sqq. Chremes narrat Blepyro in contione exstitisse juvenem quemdam (427: νεανίας λευκός τις) qui rem publicam mulieribus tradi jusserit administrandam summisque eas laudibus extulerit viros vehementissime criminans. Dicit Chr. 446 sqq. ἔπειτα συμβάλλειν πρὸς ἀλλήλας ἔφη | ἱμάτια κτλ. — | μόνας μόναις, οὐ μαρτύρων ἐναντίον · | καὶ ταῦτ' ἀπο-

φέρειν πάντα κοὐκ ἀποστερεῖν· | ἡμῶν δὲ τοὺς πολλοὺς ἔφασκε τοῦτο δρᾶν. — quod postremum Blep. non dubitat confirmare: νὴ τὸν Ποσειδῶ, μαρτύρων γ' ἐναντίον. Pergit Chr. laudes mulierum referre 452 sqq. οὐ συκοφαντεῖν, οὐ διώκειν οὐδὲ τὸν | δῆμον καταλύειν, ἀλλὰ πολλὰ κἀγαθά, | ἕτερά τε πλεῖστα τὰς γυναῖκας ηὐλόγει. In verbis ἀλλὰ πολλὰ κἀγαθά, quippe quae non habeant quo referantur, recte offenderunt Bergk. et Mein.; ille conj. poetam scripsisse ἀλλὰ πολλὰ κἀγαθὰ | ποιεῖν, ἕτερά τε τὰς γυναῖκας ηὐλόγει, nisi forte post v. 453 versus exciderit; Mein. post h. v. lacunam indicavit. At haec non sufficiunt. Quomodo enim verba οὐ συκοφαντεῖν κτλ. cohaerent cum eis quae antecedunt 450 ἡμῶν δὲ τοὺς πολλοὺς ἔφασκε τοῦτο δρᾶν? Quum Blep. 451 verbis νὴ τὸν Π., μαρτύρων γ' ἐναντίον minime interruperit orationem Chremetis, sed potius absolutae ei sua subjecerit, pariter atque 445, Chremes quae deinde addit h. l. pariter atque 446 ἔπειτα συμβάλλειν πρὸς ἀλλήλας ἔφη κτλ. justo atque integro enuntiato proferat necesse est. Et hoc facillime efficitur ita ut v. 454 ante v. 452 transposito scribatur: ἕτερά τε πλεῖστα τὰς γυναῖκας ηὐλόγει, | οὐ συκοφαντεῖν οὐ διώκειν, οὐδὲ τὸν | δῆμον καταλύειν, κἄλλα πολλὰ κἀγαθά (sc. ηὐλόγει τὰς γυναῖκας: cf. Ach. 372 sq. ἐάν τις αὐτοὺς εὐλογῇ καὶ δίκαια κἄδικα): et habent ἄλλα πολλὰ κἀγαθά (quod vides in fine enumerationis e. c. P. 538) ΒΓ; ἀλλὰ e Rav. demum receptum est inde ab Inv.; Brunck. scripsit ἄλλα τε πολλὰ κἀγαθά (vitioso anapaesto, quem τε deleto removeri jussit Bentl.) transposita particula τε quam edd. vett. inde ab Ald. et cod. infimae notae Monac. 137 post πολλά praebent aperte e conjectura librarii profectam. — Saepissime autem Ar. particula τε enuntiata inter se connectit, vel subjecto mutato: cf. Eq. 220 (trim.) ἔχεις ἅπαντα πρὸς πολιτείαν ἃ δεῖ· | χρησμοί τε συμβαίνουσι καὶ τὸ Πυθικόν. 407. 604. 674. 917 al. Itaque non opus est τε in δέ mutato scribere ἕτερα δὲ πλεῖστα τὰς γυν. ηὐλόγει.

g. Addo transpositione verborum sanandum frg. Menandri 555: πῶς δὴ τὸ τραῦμα τοῦτ' ἔχεις; | μεσαγκύλῳ. πῶς πρὸς θεῶν; ἐπὶ κλίμακα | πρὸς τεῖχος ἀναβαίνων. Mein. malit ἐπὶ κλίμακι vel κλίμακος — at vix dicitur omnino graece ἐπὶ κλίμακι -ος ἀναβαίνειν πρός τι, sed potius πρὸς κλίμακα

ἀναβαίνειν. Itaque scribas praepp. ἐπί et πρός inter se permutatis: πρὸς κλίμακα | ἐπὶ τεῖχος ἀναβαίνων. Cf. Ar. P. 70: λεπτὰ κλιμάκια ποιούμενος, πρὸς ταῦτ' ἀνερριχᾶτ' ἂν εἰς τὸν οὐρανόν. Aristophont. frg. 3: ἀναβῆναί τι πρὸς κλιμάκιον. Pind. frg. 6 (7): Θέμιν Ὠκεανοῦ παρὰ πηγᾶν Μοῖραι ποτὶ κλίμακα σεμνὰν ἆγον Ὀλύμπου λιπαρὰν καθ' ὁδόν. Adde κλίμακος προσαμβάσεις ap. Aesch. Sept. 466. Eur. Bacch. 1213. Phoen. 489. Contrarium dicitur καταβαίνειν κατὰ κλίμακος: cf. Lys. I. 9. Xen. An. IV. 5. 25. Aristot. Soph. El. 182 b 16. Theophr. h. pl. IX. 3. 2 (Hom. α 330. φ 5: κλίμακα κατεβήσατο). —

Occasione oblata eodem transpositionis remedio sanarim Eur. Andr. 977: h.

ὃ δ' ἦν ὑβριστὴς εἴς τ' ἐμῆς μητρὸς φόνον
τάς θ' αἱματωποὺς θεὰς ὀνειδίζων ἐμοί.

Miro modo Dindorf. h. l. ita interpretatur ut ad verba τάς θ' αἱμ. θεὰς ὀν. ἐμοί e v. priore solum verbum ἦν intelligendum esse censeat; hoc enim voluisse dicere poetam: ὕβριζέ τ' ἐμὲ εἰς μητρὸς φόνον — καὶ τὰς αἱμ. θεὰς ὠνείδιζεν ἐμοί: quam sententiam refutare nihil attinet. Immo verba ὃ δ' ἦν ὑβριστής per se accipienda sunt, quae autem sequuntur pro interpretamento illorum. Quod qui intellexit Pflugk. verbi ὀνειδίζειν duas structuras τινὰ εἴς τι et τινί τι conjunctas esse censet: εἴς τ' ἐμῆς μητρὸς φόνον ὀνειδίζων (sc. ἐμέ) — τάς θ' αἱμ. θεὰς ὀνειδίζων ἐμοί. At ejusmodi monstrum structurae ab Eur. poeta elegantissimo prorsus alienum judico. Alias autem in difficultates incidimus, si simplicem structuram statuimus ita ut εἰς etiam ad acc. τὰς θεάς referamus: ὀνειδίζων ἐμοὶ εἴς τ' ἐμῆς μ. φ. (εἴς τε) τὰς αἱμ. θεάς. Nam structurae ὀνειδίζειν τινὶ εἴς τι (absol. ὀνειδ. εἴς τι Hdt. VIII. 92) vix ullum inveneris apud veteres exemplum (ὀνειδ. τινὶ εἴς τι, διότι Polyb. XXVIII. 4. 11. pass. ὀνειδίζεσθαι εἴς τι Diod. XX. 62): aliter enim se habet Eur. Med. 547: ἃ δ' εἰς γάμους μοι βασιλικοὺς ὠνείδισας, ubi additus est acc. interioris quod dicitur objecti ἅ. Longe plerumque dici solet ὀνειδίζειν τινί τι (Hom. Il. ι 34. Od. σ 380. Hes. Op. 716. Hdt. I. 41. VIII. 106. Aesch. Ch. 917. Soph. Aj. 1298. O. T. 372. Eur. Bacch. 651. J.

A. 305. 1148. Antiph. com. frg. 300). Accedit autem quod quum saepissime dicatur *ὑβρίζειν εἴς τινα* (cf. ex Eur. Andr. 433. 624. 994. Hec. 1257. Heracl. 18. J. A. 961; ex Ar. Pl. 899. N. 1506), qui h. l. obiter inspicit, facile potest inter se conjungere verba *ὃ δ' ἦν ὑβριστὴς εἴς τ' ἐμῆς μητρὸς φόνον*, quem in errorem incidisse supra vidimus Dindorfium. Quam ambiguitatem quum vix admisisse existimandus sit Eur., verba corrupta judico multoque leniore medela sananda quam quas attulerunt Heath. *ὃ δ' ἦν ὑβριστὴς ὥστ' ἐμῆς μ. φ. κτλ. ὀνειδίζειν ἐμοί* et Dobraeus (post eum Hartung.) *τῆς τ' ἐμῆς μ. φ. κτλ.* Scribas enim duabus literis inter se permutatis:

ὃ δ' ἦν ὑβριστὴς εἴς με, τῆς μητρὸς φόνον
τάς θ' αἱματωποὺς θεὰς ὀνειδίζων ἐμοί.

De forma *εἴς με* (*εἰς ἐμέ* e. c. Alc. 433. Andr. 994. Jon. 759) cf. Bacch. 805. Or. 394 (Kirchhoff. perperam *ἐς ἐμέ* contra observationem Elmsl. ad Bacch. 805). Or. 736. Ar. Eq. 292. R. 562 (optimi codd. *εἴς με*, dett. quos fortasse invitus secutus est Mein. *ἔς με*). De ratione medelae autem cf. quod Heath. ap. Soph. O. C. 453 quum codd. praebeant *συννοῶν τά τ' ἐξ ἐμοῦ παλαίφατα* restituit *συννοῶν τε τἀξ ἐμοῦ π.*

29 Saepissime a librariis perperam distincta esse verba et scriptorum et poetarum quis est qui nesciat? Exstant autem in Ar. fabulis tria insignia hujus depravationis exempla adhuc a plerisque edd. prorsus neglecta.

a. Eq. 660 sqq. *τῇ δ' Ἀγροτέρᾳ κατὰ χιλιῶν παρῄνεσα*
εὐχὴν ποιήσασθαι χιμάρων εἰσαύριον
αἱ τριχίδες εἰ γενοίαθ' ἑκατὸν τοὐβολοῦ.

Edd. fere omnes e codd. distinxerunt post *εἰσαύριον*, ut prorsus perversa evadat sententia: neque enim insequenti demum die vota deae facere Athenienses jubet qui illa dicit Agoracritus, sed potius illo ipso die mille capellas ei promitti vult ea conditione, ut efficiat illa, ut insequenti die sarcinae centenae obolo veneant. Distinguendum igitur est post *χιμάρων* ut *εἰσαύριον* pertineat ad *γενοίατο*:

τῇ δ' Ἀγροτέρᾳ κατὰ χιλιῶν παρῄνεσα
εὐχὴν ποιήσασθαι χιμάρων, εἰσαύριον
αἱ τριχίδες εἰ γενοίαθ' ἑκατὸν τοὔβολοῦ

— et sic distinxit verba poetae jam Brunck. a recc. edd. prorsus neglectus. —

P. 406 sqq. b.

TPY. *ἡ γὰρ Σελήνη χὠ πανοῦργος Ἥλιος*
ὑμῖν (τοῖς θεοῖς) ἐπιβουλεύοντε πολὺν ἤδη χρόνον
τοῖς βαρβάροισι προδίδοτον τὴν Ἑλλάδα.

EPM. *ἵνα δὴ τί τοῦτο δρᾶτον;*

TPY. *ὁτιὴ νὴ Δία*
ἡμεῖς μὲν ὑμῖν θύομεν, τούτοισι δὲ
οἱ βάρβαροι θύουσι, διὰ τοῦτ' (vulg. *θύουσι. διὰ τοῦτ'*) *εἰκότως*
βούλοιντ' ἂν ἡμᾶς πάντας ἐξολωλέναι,
ἵνα τὰς τελετὰς αὐτοὶ λάβοιεν τῶν θεῶν.

Sic distinguendum esse h. l. facile apparet: neque enim quum Hermes quaesiverit, quo consilio (*ἵνα δὴ τί*) Luna et Sol illud faciant, Trygaeus recte ita potest respondere, ut afferat causam, quae cernitur in rerum conditione. Respondent verbis *ἵνα δὴ τί τοῦτο δρᾶτον*; potius ea quae extrema dicit Trygaeus: *ἵνα τὰς τελετὰς αὐτοὶ λάβοιεν τῶν θεῶν*, inverso sententiarum ordine: *ἵνα τὰς τελετὰς αὐτοὶ λάβοιεν τῶν θεῶν, βούλοιντ' ἂν ἡμᾶς πάντας ἐξολωλέναι* (*διὰ τοῦθ'*) *ὁτιὴ ἡμεῖς ὑμῖν θύομεν* (quippe qui vobis sacrificemus), *τούτοισι δὲ οἱ βάρβαροι* (sc. *μόνοι*) *θύουσιν*. Simillimam structuram vides Av. 112 sqq. *πράγους δὲ δὴ τοῦ δεομένω δεῦρ' ἠλθέτην;* | — *σοὶ ξυγγενέσθαι βουλομένω.* — *τίνος πέρι;* | — *ὅτι πρῶτον ἦσθ' ἄνθρωπος ὥσπερ νὼ ποτέ,* | *εἶτ' αὖθις ὀρνίθων μεταλλάξας φύσιν* | *καὶ γῆν ἐπέπτου καὶ θάλατταν ἐν κύκλῳ,* | *καὶ πάνθ' ὅσαπερ ἄνθρωπος ὅσα τ' ὄρνις φρονεῖς* — | *ταῦτ' οὖν ἱκέτα νὼ πρὸς σὲ δεῦρ' ἀφίγμεθα* | *εἴ τινα πόλιν φράσειας ἡμῖν εὔερον.* —

P. 832 sqq.: *οὐκ ἦν ἄρ' οὐδ' ἃ λέγουσι κατὰ τὸν ἀέρα,* c.
ὡς ἀστέρες γιγνόμεθ' ὅταν τις ἀποθάνῃ.

Mire Brunck. vertit: „non ergo illud esse verum in aere deprehendisti, quod vulgo dicunt nos stellas fieri?" Immo verba *κατὰ τὸν ἀέρα* potius cum eis quae sequuntur *ὡς ἀστέρες*

γιγνόμεθα (cf. E. 100: *ἕως ἔτ' ἐστὶν τἄστρα κατὰ τὸν οὐρανόν*) conjungenda esse apparet quum ex eis quae antecedunt 827 sq. *ἄλλον τιν' εἶδες ἄνδρα κατὰ τὸν ἀέρα πλανώμενον πλὴν σαυτόν*; qua ex interrogatione negata (828 *οὐκ*) jam concludit servus illud quod vulgo dicatur verum non esse, tum ex eis quae deinde servus e domino jam ipso nihilominus verum illud esse affirmante (*μάλιστα* 834) quaerit: *καὶ τίς ἐστιν ἀστὴρ νῦν ἐκεῖ* (h. e. *κατὰ τὸν ἀέρα, ἐν τῷ ἀέρι*) *Ἴων ὁ Χῖος*; Itaque non post *ἀέρα* distinguendum est, sed potius post *λέγουσι*, quod tacite solus fecit Bergk, ut haec dicat poeta: „falsa igitur erant quae vulgo feruntur nos stellas fieri in aere?" (cf. Eq. 1013: *ἐν νεφέλαισιν ἀετὸς γενήσομαι*). —

30 Permultis locis librarii Ar. verba corruperunt articulo (plerumque contra numeros) inserto:

in omnibus codd. Eq. 29: [*τῶν*] *δεφομένων* (metri vitium correcturus librarius cod. B verba poetae transposuit, art. delendum esse non intelligens). P. 1111: [*τῶν*] *σπλάγχνων*. Av. 118: *καὶ γῆν καὶ* [*τὴν*] *θάλατταν*. 146: *παρὰ* [*τὴν*] *θάλατταν* (om. auctor argum.). 1208: *τουτὶ* [*τὸ*] *πρᾶγμα* (B. C. *Δ*. *τοῦτο τὸ πρ*. vitioso anap.). L. 983: *περὶ τᾶν διαλλαγᾶν* pro *δὶαλλαγᾶν πέρι* quod flagitatur usu dicendi (v. supra §. 28 b). 1062: *ὥστε* [*τὰ*] *κρέ'* (A. B. *Δ*. *ὡς τὰ κρέ'*: v. infra p. 39). Th. 495: *ἀπὸ* [*τοῦ*] *τείχους*. E. 557: *κατὰ* [*τὴν*] *πόλιν*. Av. 1723: [*τὸν*] *μάκαρα*. 1725 (praeter R.): *τῇδε* [*τῇ*] *πόλει*. — in V. A. B. *Δ*.: L. 1009: *φράζε περὶ* [*τῶν*] *διαλλαγῶν* (A. *Δ*. *φράσον* „quod est metrici correctio postquam *τῶν* irrepsit" Enger.; v. supra §. 28 b); in A. B. *Δ*. Voss. Palat.: L. 999: *κατὰ τὰν Σπάρταν* (contra usum dicendi Ar.: v. infra p. 43); in A. B. *Γ*. *Δ*.: Ach. 1049: *ταυτὶ* [*τὰ*] *κρέα* (v. infra s. c.); in C (Ald.) Av. 1666: [*τοῦ*] *γένους*. — in Voss. apogr. L. 754: *ἐν* [*τῇ*] *πόλει*. — in Pal.-Vat.: Ach. 52: *πρὸς* [*τοὺς*] *Λακεδαιμονίους* — in Rav.: Ach. 960: *ταυτησὶ* [*τῆς*] *δραχμῆς*. Eq. 132: [*ὁ*] *δεύτερος*. 411: *ἐπὶ* [*τοῖς*] *πολλοῖς*. V. 1236: [*ὁ*] *Θέωρος*. P. 159: *ἀπὸ* [*τῆς*] *γῆς*. — in Rav. Ven.: N. 1455: *εἰς* [*τὰ*] *πονηρὰ πράγματα* (cf. adn. Teuffel.). V. 1474: [*τὰ*] *πράγματα*. — in R. Pal.-Vat.: Ach. 509: [*τοὺς*] *Λακεδαιμονίους*. — in R. *Γ*. Ach. 682: [*ὁ*] *Ποσειδῶν*. Av. 992: *τουτὶ* [*τὸ*]

κακόν. — in R. V. Γ.: V. 724: [*τοῦ*] *κωλαγρέτου.* 1287: [*μ' οἱ*] *θεώμενοι.* P. 566: *νὴ* [*τὸν*] *Δία.* Av. 1366: *τόνδε* [*τὸν*] *λόφον* (pro *τονδὶ λόφον*). — in R. Aug. Junt.: L. 851: [*τὴν*] *Μυρρίνην* (v. adn. Engeri). 1167: *ἀντὶ τούτου* [*τοῦ*] *χωρίου* (pro *ἀ. τούτου χωρίον*). — in R. et ap. Suid. (2 locis): E. 694: *ἀπὸ* [*τοῦ*] *δείπνου.* — Av. 1588 pro *περὶ πολέμου καταλλαγῆς* habent V. Vat. Voss. *περὶ* [*τοῦ*] *πολ.* [*καὶ*] *καταλλ.*, Rav. *περὶ* [*τοῦ*] *πολ.* [*καὶ τῆς*] *διαλλαγῆς.* — Pl. 402: R. V. A. B. C. alii recte *ὥσπερ πρότερον,* codd. dett. et edd. vett. *ὥσπερ* [*τὸ*] *πρότερον,* unde Bentl. Porson., probati Hemsterhusio Bergkio, conj. *ὡς τὸ πρότερον* contra usum dicendi Ar. (v. infra).

Quibus 36 locis jam 10 adjungere mihi liceat quos ipse mihi videor articulo deleto emendasse.

Ach. 584: Dicaeopolis petit a Lamacho: *φέρε νυν ἀπὸ τοῦ κράνους μοι τὸ πτερόν* (sc. *δός*) — dat ille his verbis 585: *τουτὶ πτίλον σοι.* At gerit Lamachus praeter tres cristas (*τρεῖς λόφους* 965. 1107. P. 1172; cf. Ach. 575. Rich. Illustr. Wörterb. d. Röm. Alterth. s. Sicarius. Guhl. Kon. Leb. d. Gr. u. R. I. 260. fig. 264 d) — et eas e setis equinis ut videtur factas (Ach. 1109: *τριχόβρωτες τοὺς λόφους κατέφαγον.* P. 1177: *ἱππαλεκτρυών*) — duas pennas ad utrumque galeae latus in ipso casside defixas (v. Rich. s. Galea n. 8) cf. 1103: *ἔνεγκε δεῦρο τὼ πτερὼ τὼ 'κ τοῦ κράνους,* quod inconsiderate Blaydes. in *τὸ πτερὸν τοὐκ τοῦ κράνους* mutari jussit (neque enim singularis flagitatur verbis v. 1105: *καλόν γε καὶ λευκὸν τὸ τῆς στρούθου πτερόν* — nam prorsus eadem ratione v. 1106: *καλόν γε καὶ ξανθὸν τὸ τῆς φάττης κρέας* sing. *τῆς φ.* respicit ad plur. qui antecedit 1104: *ἐμοὶ δὲ τὰς φάττας γε φέρε καὶ τὰς κίχλας*). Itaque Dic. non potest *τὸ πτερόν* petere a Lam.; neque tamen *τὼ πτερώ* scribere licet: nam una tantum penna opus est illi vomituro (schol. *εἰώθασι γὰρ οἱ δυσεμεῖς πτερῷ χρῆσθαι.* Cratin. 255: *πτερὸν ταχέως τις καὶ λεκάνην ἐνεγκάτω.* Theop. 40. Nicand. Alex. 361. Plut. de rep. ger. p. 801) et unam tantum pennam Lam. deinde ei porrigit: 585: *τουτὶ πτίλον σοι* et 587: *τῷ πτίλῳ μέλλεις ἐμεῖν*; (ubi Mein. Vind. p. 11 in art. *τῷ* temere offendit: *τῷ πτίλῳ* est „illa penna quam

tibi porrexi, mea penna"). Itaque Schutz. *μοί τι πτερόν* proposuit quo neglecto Mein. l. c. poetam scripsisse censet: *μοι δὸς πτερόν* „ut *φέρε νυν* sit age igitur" (ipse tamen pariter atque Blaydes. [„totam cristam rogaverat Dic: sed unam tantum ex illa utpote pretiosa pennam ei porrigit Lam."] cristas et pennas inter se confundens; dicit enim „mirum est Dicaeopolin a Lam. *τὸ πτερὸν* petere quasi aut totam cristam expeteret aut Lam. unam tantum pennam pro crista gestaret"). Multo simplicius atque probabilius procul dubio est: *φέρε νυν ἀπὸ τοῦ κράνους ἐμοὶ πτερόν* — antecedunt 583: *παράθες νυν ὑπτίαν αὐτὴν ἐμοί* (sc. *τὴν ἀσπίδα*). —

b. Th. 558 sq.: *(οὐκ εἴρηχ' ὡς . . . .) ὥς τ' αὖ τὰ κρέ' ἐξ Ἀπατουρίων ταῖς μαστροποῖς διδοῦσαι | ἔπειτα τὴν γαλῆν φαμέν* (sc. *κλέψαι αὐτά*). Cobet. scribi jussit *οὐδ' ὡς τὰ κρέ' ἐξ Ἀ.*: sane legitur ab initio membrorum quae sequuntur 560. 561. 562. 564 *οὐδ' ὡς*: at haec singula per se accipienda sunt, de diversis mulieribus dicta (560 *γυνή*, 561 *ἑτέρα*, 563 *ἀχαρνική*, 564 *σύ*): verba vero de quibus agitur de universo genere mulierum dicta arctissime cohaerent cum eis quae antecedunt: (*οὐκ εἴρηχ'*) *ὡς στλεγγίδας λαβοῦσαι | ἔπειτα σιφωνίζομεν τὸν οἶνον* — *ὥς τ' αὖ τὰ κρέ' ἐξ Ἀ. τοῖς μ. διδοῦσαι | ἔπειτα τὴν γαλῆν φαμέν* (*κλέψαι αὐτά*), ut non opus sit conj. Cobeti. (Ceterum post verba *σιφωνίζομεν τὸν οἶνον*, quod edd. neglexerunt, omnino non distinguendum est: interrumpit enim mediam orationem mulier *Α* imprecatione *ἐπιτριβείης* cf. N. 1221. P. 933). Inest tamen verbis vitium quod omnes adhuc fugisse miror. Verba *ἐξ Ἀπατουρίων* enim manifesto non conjungenda sunt cum praedicato enuntiati *διδοῦσαι*, sed cum objecto *τὰ κρέα*, ut originem carnum indicent: „Apaturienfleisch": cf. Ach. 146: *ἤρα φαγεῖν ἀλλᾶντας ἐξ Ἀπατουρίων* „Apaturienwürste". 1050: *ἔπεμψέ τίς σοι νυμφίος ταυτὶ κρέα | ἐκ τῶν γάμων* „Hochzeitsbraten" (A. B. *Γ*. *Δ*. contra num. *ταυτὶ* [*τὰ*] *κρέα*). At quomodo hoc recte dici potest *τὰ κρέ' ἐξ Ἀ.*? dicendum erat potius aut *τὰ ἐξ Ἀ. κρέα* aut *τὰ κρέα τὰ ἐξ Ἀ.* Itaque articulum a librariis illatum censeo (ut Ach. 1050 in A. B. *Γ*. *Δ*.), quo deleto — *ὥς τ' αὖ κρέ' ἐξ Ἀ.* — jam partem tantum carnum Apaturiensium lenis datam mustela fingitur rapuisse, ut

P. 1151: εἴ τι μὴ 'ξήνεγκεν αὐτῶν ἡ γαλῆ τῆς ἑσπέρας (1150: ἦν ἔνδον λαγῷα τέτταρα); cf. V. 363: γαλῆν κρέα κλέψασαν. — Hac ratione autem simul removetur singularis tripartiti anapaesti forma τὰ κρέ' ἓξ (v. Bernhardi l. c. p. 285), cui simillimam, eadem tamen ratione removendam vides

in frg. 90: ταυτὶ τὰ κρέ' αὐτῷ παρὰ γυναικός του φέρω — ubi scribas ταυτὶ κρέ' αὐτῷ (τὰ κρέα ταυτί vides P. 192. Av. 1690. τὰ κρέα ταῦτα Av. 1583) deleto articulo, quem vocabulo κρέα addiderunt librarii etiam quarto loco L. 1062, ubi quum tradita sint: δελφάκιον ἦν τί μοι, καὶ | τοῦτο τέθυχ' ὥστε (A. B. Δ.: ὡς) τὰ κρέ' ἓξ | εσθ' ἁπαλὰ καὶ καλά — numeros (— ∪∪∪ — ∪∪∪) recte restituit Reisig. Syntagm. crit. p. 32 hoc modo: τοῦτο τέθυχ' ὥστε κρέ' ἐ | δεσθ' ἁπαλὰ καὶ καλά, probatus Dind. Engero Bergkio. Quod vero proposuerunt Bentl. Elmsl. ὥστε τὰ κρέ' | ἔσθ' ἁπαλὰ καὶ καλά sensu caret: neque enim caro porcelli eo quod mactatur tenera fit atque bella: prorsus idem valet de eo quod Mein. tacite (ex A. B. Δ.) scripsit ὡς τὰ κρέ' ἐ|δεσθ' ἁπαλὰ καὶ καλά, quippe quo adjectivis ἁπαλὰ καὶ καλά praedicative positis eadem ratione effectus mactandi indicetur (ceteroquin, quid sibi velit ὡς, non perspicio: neque enim vi consecutiva accipi potest, qua potius inf. adsciscere solet vicem gerens conjunctionis ὥστε — Krüg. I. 65. 3. n. 4. 69. 63. n. 11. — quod tamen veteres admodum raro admiserunt [nusquam Ar.], saepius recc. ut Plut. — cf. Sinten. ad Them. 26 —, neque vi finali, qua indicativo fut. vix jungitur). Cf. autem frg. 5: δελφακίων ἁπαλῶν κωλαῖ. Eupol. 286: ἔθυον δέλφακα μάλα καλήν. Epicr. 6. Eubul 15. — Minus certum judicium est de articulo delendo Pl. 227, ubi quum plerique codd. praebeant: καὶ δὴ βαδίζω· τοῦτο δὲ τὸ κρεάδιον, R. Ven. autem δή exhibeant pro δέ, Elmsl. (in Quarterly Review XIV. p. 449) scribi jussit τουτοδὶ κρεάδιον, recc. edd. probatus nisi quod articulum servarunt: τουτοδὶ τὸ κρεάδιον.

Idem valet de Th. 1169: ἃ νῦν ὑποικουρεῖτε τοῖσιν ἀνδράσιν | ἀπὸ τῆς στρατιᾶς παροῦσιν ὑμῶν διαβαλῶ: articulum a librariis illatum esse pro certo affirmare nolim;

poterat tamen Ar. optime dicere *ἀπὸ στρατιᾶς* — „nam *στρατιά στρατεία στρατός στράτευμα στρατόπεδον* etiam definito sensu ab optimis scriptoribus" (certe ubi pendent e praep.) „saepenumero sine art. ponuntur" Schoem. ad Plut. Cleom. 8, 1: *ἀπὸ στρατιᾶς*, cll. Aem. Paull. 25: *ἀπὸ στρατοῦ*. Sull. 9 et 3 in.: *ἀπὸ*, *ἐπὶ στρατοπέδου*. Aem. P. 12: *ἐπὶ στρατείαν ἐξορμᾶν*. Held. ad Aem. P. p. 238. Addo ex Ar. (qui nusquam *στρατεία* vocabulo usus est, sed et exercitum et militiam *στρατιάν* dicit: cf. Enger. ad L. 592): *ἐπὶ στρατιᾶς* „in militia": V. 354. 557. L. 100. *ἴτε — ἐπὶ στρατιάν:* Ach. 1143; e Xen.: Reip. L. 13, 1: *ἐπὶ στρατιᾶς*, e Platone: *ἐπὶ στρατείας* Symp. 220 C. Reip. V. 468 B. —

e. f. Vocabulum *ἀγρός* „rus" apud comicos ubi pendet e praep., singulari positum caret articulo (21 locis): *ἐξ ἀγροῦ* „rure": Av. 111. Antiph. 21. 59. Diph. 85. Alexand. 4. *ἐν ἀγρῷ* „ruri": P. 1249. frg. 344. Anaxil. 17. Philem. 67. 88. Men. 398. *εἰς αγρόν* „rus": Eq. 805. P. 536. 555. 563. 569. 584. 1329. frg. 169. Antiph. 68. *κατ' ἀγρόν*: Amphid. 12 (*ἀντὶ τοῦ ἐν ἀγρῷ* Antiatt. p. 104, 25). Idem valet nisi fallor de Lysia et Platone: *ἐξ ἀγροῦ:* Lys. I. 11. 13. 22. 39. Pl. Theaet. 142 A. 143 A. *ἐν ἀγρῷ:* Lys. I. 20. XXXI. 8. Pl. Legg. VIII. 844 C. *εἰς ἀγρόν:* Pl. Crat. 440 E. Reip. VIII. 563 D; add. *εἰς ἀγρόν* ex Isocr. XXI. 2. Xen. Oec. 11, 15. 16. *κατ' ἀγρόν* e Xen. Oec. 5, 9. — Plurali vero e praep. pendenti longe plerumque additur articulus, non solum apud comicos: *ἐκ τῶν ἀγρῶν:* P. 632. Av. 579. E. 281. 432. Eupol. 342. *ἐν τοῖς ἀγροῖς:* P. 707. 867. Pl. 224. *εἰς τοὺς ἀγρούς:* Eq. 1394. P. 1202. — sed etiam apud Thucydidem (constanter), Lysiam (constanter), Platonem: *ἐκ τῶν ἀγρῶν:* Thuc. I. 126, 7. II. 13, 2. 14, 1. 52, 1. Lys. XXXI. 8. Pl. Hipparch. 228 E. *ἐν τοῖς ἀγροῖς:* Thuc. II. 14, 2. 16, 1. III. 66, 3. VI. 49, 3. Pl. Hipparch. 228 D. *εἰς* (*ἐς*) *τοὺς ἀγρούς*: Thuc. II. 22, 2. Pl. Reip. VII. 541 A. *κατὰ τοὺς ἀγρούς*: Thuc. II. 5, 4. Lys. XXXI. 18; add. *ἐπὶ τῶν ἀγρῶν* ex Isocr. VII. 52. Invenitur tamen pluralis etiam sine art. positus: *πρὸς ἀγρούς*: Pl. Legg. VII. 789 E. *κατ' ἀγρούς*: Cratin. frg.

452. Pl. Reip. III. 399 D. Legg. IX. 881 C. XII. 954 D., constanti consuetudine in nomine Dionysiorum ruralium: *τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια:* Ar. Ach. 202. 250. Aeschin. I. 157 al. Singulari vero haec licentia vix potest concedi: quum enim careat articulo apud comicos non minus 21 locis, additum vides articulum (praeter [Philem.] frg. 106: *εἴ ποτέ τις ἡμῶν εἰς τὸν ἀγρὸν ἐξιών* quod attici poetae non esse conclusit Mein. V. 99 — cf. C. Fr. Hermann. N. Mus. Rh. V. 609 — e barbaro sermone: *ἀγρόν* producta ante *γρ* vocali contra usum Atticorum: cf. Kock. ad N. 320; v. 4: *πλεύσω* pro *πλεύσομαι* s. *πλευσοῦμαι* ut Polyb. II. 12. 3: cf. Mein. Anal. Alexandr. p. 267) duobus tantum Ar. locis, quibus non dubito quin additus sit a librariis: P. 1318: *καὶ τὰ σκεύη πάλιν εἰς τὸν ἀγρὸν νυνὶ χρὴ πάντα κομίζειν* (6ies in eadem fabula exstat *εἰς ἀγρόν*: 536. 555. 563. 569. 584. 1329): scribas art. deleto *καὶ τὰ σκεύη πάλιν εἰς ἀγρὸν αὖ νυνὶ χρὴ π. κομ.* (de pleonasmo *πάλιν — αὖ* usitatissimo cf. R. 1486: *πάλιν ἄπεισιν οἴκαδ' αὖ.* Pl. 622: *μή πάλιν τις αὖ ἐλθὼν διακωλύσῃ.* E. 163: *ἐγὼ γὰρ αὖ λέξω πάλιν*; nullo verbo interposito *αὖ πάλιν* L. 977. Soph. Tr. 1088. Pl. Polit. 273 E. Cratyl. 437 C. *αὖθις — πάλιν* Eq. 501. P. 861. L. 1239. R. 596. *αὖθις πάλιν* P. 845. *πάλιν — αὖθις* N. 745. *πάλιν αὖθις* Pl. 859. *αὖθις — αὖ* Av. 1087. *αὖθις αὖ* Ach. 854. N. 1379. Av. 789. 792. 796. 895. L. 1150. Th. 552. 862. R. 1234. *αὖ πάλιν αὖθις* N. 975; de cett. com. v. Ind. com. dict. ap. Mein. V.). Altero loco Ach. 32: (*ἐγὼ δ' ἀεὶ πρώτιστος εἰς ἐκκλησίαν | νοστῶν κάθημαι· κᾆτ' ἐπειδὰν ὦ μόνος, | στένω κέχηνα κτλ.*) *ἀποβλέπων εἰς τὸν ἀγρόν, εἰρήνης ἐρῶν* (art. habent etiam Suid. s. *ἀποροῦντι* et *γράφω* et Stob. flor. 56, 8) poetam scripsisse censeo potius: *ἀποβλέπων εἰς ἀγρόν, ἅτ' εἰρήνης ἐρῶν*: „rus spectans quippe qui sim pacis cupidus, desiderio pacis" = *ὑπὸ πόθου* s. *πόθῳ* (Th. 481) *εἰρήνης, ἅτ' ὢν εἰρηνικός* — R. 715 (schol. *οἱ γὰρ πολιορκούμενοι καὶ πολεμούμενοι ἀεὶ εἰς τὸν ἀγρὸν ἀποβλέπουσιν ἐπιθυμοῦντες ἐν αὐτῷ εἶναι.* Cf. Paroemiogr. I. 400, 34). *ἅτε* apud participium (Krüg. I. 56. 12. n. 2) vides etiam Av. 285. L. 418. Th. 456. R. 671. E. 37. 257. P. 623: *ἅτ' ὄντες αἰ-*

σχροκερδεῖς καὶ διειρωνόξενοι τήνδ' ἀπορρίψαντες (sc. *τὴν Εἰρήνην*) *αἰσχρῶς τὸν πόλεμον ἀνήρπασαν*. 634: *ἅτ' ὢν ἄνευ γιγάρτων καὶ φ ι λ ῶ ν τὰς ἰσχάδας ἔ β λ ε π ε ν π ρ ὸ ς τοὺς λέγοντας*. Cratin. 299. Stratt. 40 (ex emend. Bentl.) *ἐγὼ δ' ἅτ' ἐλπίνικος ὀργισθεὶς ἔφη*. Excidit autem *ἅτε* culpa librariorum Av. 75: *οὗτός γ' ἅ τ' οἶμαι πρότερον ἄνθρωπός ποτ' ὤν* — sic R. (edd. Junt. II. Gel. Port. Lugd. 1624), Ven. *γ'* om. *ἅτ'*, B. et Vatic. *γὰρ ἅτ'*, A. C. edd. Ald. al. *γὰρ* om. *ἅτ'*. — Denique de dactylo tertii pedis *εἰς ἀγρόν* ante caesuram mediam cf. A c h. 1 4 4: *ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφ', Ἀθηναῖοι καλοί*. P. 8 3 3: *ὡς ἀστέρες γιγνόμεθ', ὅταν τις ἀποθάνῃ*. Neque vero huc pertinet V. 1 2 8 6: *καί με κακίαις ἔκνισε κᾆθ' ὅτ' ἀπεδειρόμην*, quem versum, c r e t. tetr. acat. (v. Christ. Metr. p. 431: „*κατὰ στίχον* wiederholt von Ar. in den Vesp. 428 f. und 1275—82" — potius „1275—83 = 84—91") pro t r i m. jamb. accepit Alb. Schmidt de caesura media in Gr. trim. j. (Diss. Bonn. 1865, cujus mentionem facere debebat Kock. ad Av. 1543) p. 35, quo miro errore inquinata et vitiata sunt etiam quae disputavit p. 46 in adn. et p. 50, ubi delendi sunt e numero exemplorum V. vv. 1282, 84, 86, 89, 90. —

Duobus illis Ar. locis emendatis jam nullo modo probari potest conj. Herwerdeni qui (Anal. crit. ad Thuc. Lys. Soph. Ar. Com. frg. p. 53) E. 62 sqq. *ἔπειθ' ὁπόθ' ἀνὴρ ε ἰ ς ἀ γ ο ρ ὰ ν οἴχοιτό μου, | ἀλειψαμένη τὸ σῶμ' ὅλον δι' ἡμέρας | ἐχραινόμην ἑστῶσα πρὸς τὸν ἥλιον* scribi jussit *ἐ ς τ ὸ ν ἀ γ ρ ό ν* (cl. P. 1318), quia neque *οἴχεσθαι* satis recte dicatur de tam brevi distantia neque probabiliter maritus fingatur per totum diem abesse in foro ita ut uxori nasceretur opportunitas *τοῦ χραίνεσθαι δ ι' ἡ μ έ ρ α ς*. Possit quidem usu Ar. servato scribi *ἔπειθ' ὁπόθ' ἀνὴρ ε ἰ ς ἀ γ ρ ό ν γ' οἴχοιτό μου*: at omnino nulla opus est mutatione. Altera illa enim offensio Herwerdeni facile ita potest removeri ut statuatur mulier rem verbis quam maxime augere (ut 60 sq.: *ἔχω τὰς μασχάλας λ ό χ μ η ς δασυτέρας); οἴχεσθαι* autem Ar. quamquam de paullo longiore itinere dixit Ach. 81. V. 1271. Av. 1270. Pl. 32, tamen de admodum b r e v i distantia dixit T h. 6 4 5: *αὖθις ἐς τὸ πρόσθεν οἴχεται* (sc. *τὸ πέος*). —

L. 1072: *καὶ μὴν ἀπὸ τῆς Σπάρτης οἱδὶ πρέσβεις ἕλκοντες ὑπήνας χωροῦσ᾽:* in his duo insunt quae Ar. usui dicendi adversantur. Solet enim Ar. ubi sermone Attico utitur (L. 984: *κᾶρυξ ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας* verba sunt Laconis) neque vulgarem sermonem excedit (ut Av. 409 dim. jamb.: *τίνες ποθ᾽ οἵδε καὶ πόθεν; -ξένω σοφῆς ἀφ᾽ Ἑλλάδος* et E. 918 lyr. *τὸν ἀπ᾽ Ἰωνίας τρόπον κρησιᾷς*, ubi elatiore utitur genere dicendi) nominibus urbium vel terrarum, unde quid venire vel ortum esse dicitur, praep. *ἐκ* jungere: *ἐκ Σαλαμῖνος* L. 59. *ἐξ Αἰγίνης* R. 363. *ἐκ Μεγάρων* P. 1000. *ἐκ Βοιωτῶν* Eq. 479. P. 1003. L. 40. 75. 702. *ἐκ Μαραθῶνος* R. 1296. *ἐκ Μελίτης* R. 501. *ἐκ Κοθωκιδῶν* Th. 620. *ἐκ Παμβωταδῶν* frg. 665. *ἐξ Ὠρεοῦ* P. 1047. 1125. *ἐκ Θετταλίας* Pl. 521. *ἐκ Ποτειδαίας* Eq. 438. *ἐκ Χερρονήσου* Eq. 262. *ἐκ Μυτιλήνης* Eq. 834. *ἐκ Λιβύης* Av. 1136. *ἐκ Λακεδαίμονος* Ach. 175. Eq. 668. P. 274. Av. 813. *ἐκ Πύλου* Eq. 702. 742. 846. 1167. 1201. N. 186. Alterum est quod Ar. quum omnino longe plerumque terrarum vel urbium nomine sine articulo ponit, tum constanter nomen Spartae: *Σπάρτῃ* Th. 860 (cf. Cratin. 343). *Σπάρτην* Av. 814. 815 (cf. Anaxand. 40). *Σπάρταν* L. 1305. *ἀπὸ Σπάρτας* L. 984. *κατὰ Σπάρταν* L. 999. *ἐπὶ Σπάρτην* Th. 919. Accedit denique quod desideratur significatio celeris adventus legatorum cll. 1009: *ὡς τάχιστα φράζε περὶ διαλλαγῶν αὐτοκράτορας πρέσβεις ἀποπέμπειν ἐνθαδί*, ad quae verba probuli Atheniensis respondet praeco Lacedaemoniorum 1013: *πωτάομαι.* Itaque censeo poetam scripsisse potius: *καὶ μὴν ἤδη ᾽κ Σπάρτης οἱδὶ πρέσβεις — χωροῦσ᾽:* proclivi errore *ἤδη ᾽κ* post *μήν* excidere poterat, art. autem addidit librarius etiam L. 999 ubi *κατὰ Σπάρταν* praebent R. Aug. Junt., *κατὰ τὰν Σπ.* (quod casu in numeros quadrat: anap. in 4. pede trim.) A. B. Δ. Voss. Palat. — g.

Lacedaemoniorum tria quum sint nomina Ar. constanter dixit addito art. *οἱ Λακωνικοί:* nom. P. 212. L. 1226. dat. N. 186. E. 356. acc. L. 1115 (sed L. 628 tetr. tr. *ἀνδράσιν Λακωνικοῖς*) et *οἱ Λάκωνες:* nom. P. 216. 478. 701. L. 1150. 1223 (cf. Antiph. 120). gen. P. 622. L. 620. acc. Ach. 305. 309. 514. Eq. 743 — nisi quod semel numeris h.

cessit: Ach. 303 (tetr. tr.): ὅστις ἐσπείσω Λάκωσιν, ἀλλὰ τιμωρήσομαι. Contra sine art. posuit Λακεδαιμόνιοι (pariter atque cett. com. et Lysias: v. Pertz quaest. Lys. I. 7 sqq. Frohb. ad XII. 77): nom. Ach. 652 (Demetr. 2). gen. Ach. 536. 541. 647. Eq. 1053. dat. Eq. 466 (Hermipp. 61) acc. Ach. 509. περί c. g. Eq. 1008. ὑπέρ c. g. Ach. 356. 369. 482. πρός c. acc. Ach. 52. 131. Cui consuetudini 13 locis confirmatae unus tantum locus adversatur P. 282 (trim.) ἀπόλωλε γὰρ | καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοισιν ἀλετρίβανος: sic enim emendarunt h. l. Porson. (apud E. Maltby Thes. Pros. p. 52) et Seidler. de dochm. p. 394 recc. edd. probati; R. V. praebent: καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀλετρίβανος, cett. codd. (et edd. ante Dind.) καὶ τ. Λακεδαιμονίοισι κακὸς ἀλετρίβανος, manifesta interpolatione ejus qui ἀλετρίβανον correpta syllaba tertia dici existimaret, quo eodem errore scripsit 265: εἴπερ γὰρ ἥξει γε τὸν ἀλετρίβανον φέρων (R. V. ἥξει om. γε) et 269: ἀπόλωλ' Ἀθηναίοις ἀλετρίβανος ὁρᾷς (om. ὁρᾷς R. V.; recc. ex em. Pors. Seidl. Ἀθηναίοισιν ἀλετρίβανος). Jam conjici possit poetam scripsisse: ἀπόλωλε καὶ | Λακεδαιμονίοισιν ἀλετρίβανος κακῶς (de asyndeto cf. supra §. 26; de particula καί in fine trim. posita Ach. 143. L. 1176. R. 152. 414. Pl. 752. frg. 63 Bgk. Ind. com. dict. V. 2. p. 496 sq.) At quum voc. κακός omni caret auctoritate tum ad ἀπόλωλα apud com. nusquam adjectum vides adv., adjectum saepe ad alias ἀπολλύναι verbi formas (v. A. de Bamberg exerc. crit. in Ar. Pl. progr. schol. Berol. 1869. p. 31) — sed dixit Ar. e. c. Pl. 850: οἴμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλα δείλαιος (cf. Eq. 752). P. 364: ἀπόλωλας ὦ κακόδαιμον. Pl. 1119: ἀπόλωλα κἀπιτέτριμμαι. Itaque praestat una literula mutata scribere: ἀπόλωλε γὰρ | καὐτοῖς Λακεδαιμονίοισιν ἀλετρίβανος (cf. V. 6. 556. 1531. P. 961. E. 413. Pl. 1141. Krüg. I. 51. 6. n. 6.): „periit enim et ipsis Lacedaemoniis pistillum". Articulum nomini Λακεδαιμόνιοι contra numeros addiderunt librarii Vat.-Pal. Ach. 52: πρὸς [τοὺς] Λ., Vat.-Pal. et Rav. Ach. 509: μὲν [τοὺς] Λ. —

i. k. Eadem ratione Ar. pariter atque cett. com. Atheniensium nomen sine articulo posuit (31, illi 11 locis): nom.- Ἀθηναῖοι Ach. 144. V. 801. Av. 40 (οἱ μὲν τέττιγες — Ἀθ. δέ). gen. Eq. 436. L. 1139. Th. 330. R. 980. ἡ Ἀθ. πόλις

E. 218. *τῇ πόλει τῇ Ἀϑ.* Th. 302 (cf. *ἡ πόλις ἡ Χίων* L. 171). *τὸν Ἀϑ. κολοσυρτόν* V. 666. *τὸν δῆμον τὸν Ἀϑ.* Eq. 764. 832. Th. 308. dat. Ach. 99. Eq. 474. 563. 1311. N. 609 (*Ἀϑ. καὶ τοῖς ξυμμάχοις*). 918. P. 269. R. 807. acc. Ach. 149. Eq. 817. P. 1087. frg. II. 1066. cum praep. *παρ' Ἀϑηναίων* P. 261. *ἐν Ἀϑ.* Ach. 498. 630. 645. N. 413 (*ἐν Ἀϑ. καὶ τοῖς Ἕλλησι*). *πρὸς Ἀϑηναίους* Ach. 632 (cf. *Ἀϑηναίων* Eupol. V. p. LXVIII. Ephipp. 4. Alexid. 178. Heraclid. frg. III. 565. anon. 64. dat. Cratin. 327. Eupol. 232. 444. acc. Alexid. 76. Apollod. Car. 5. *παρ' Ἀϑηναίων* Polyzel. 11) — 9 tantum locis additum vides articulum (semel in frg. com.): quorum tamen 7 excusationem habent: 4 a dialecto non Attica: Dorica L. 170: *τὸν τῶν Ἀσαναίων ῥυάχετον.* 1250: *τὼς Ἀσαναίως.* 1244: *ἐς τὼς Ἀσαναίως* (cf. supra §. 28b), Boeotica Eubul. 10: *τοὶ δ' Ἀϑηναῖοι* — 3 inde quod non populus Atheniensium significatur, sed qui repraesentantur Athenienses in scena: *τοῖς Ἀϑ.* P. 503. *τοὺς Ἀϑ.* L. 1120. 1149. Itaque non dubito, quin qui jam restant duo loci, quippe qui omni careant additi articuli excusatione, corrupti sint judicandi: L. 1229 (*ἡμεῖς ἐν οἴνῳ ξυμπόται σοφώτατοι.* — *ὀρϑῶς γ' ὁτιὴ νήφοντες οὐχ ὑγιαίνομεν·*) *ἢν τοὺς Ἀϑηναίους ἐγὼ πείσω λέγων, μεϑύοντες ἀεὶ πανταχοῖ πρεσβεύσομεν:* scribas *ἀλλ' ἢν Ἀϑηναίους ἐγὼ πείσω λέγων*, qua ratione simul removetur quod h. l. minus placet asyndeton. L. 1145 autem: *ταυτὶ παϑόντες τῶν Ἀϑηναίων ὕπο | δῃοῦτε χώραν, ἧς ὑπ' εὖ πεπόνϑατε* (antecedit 1139 *Ἀϑηναίων*) poetam scripsisse censeo: *ταυτὶ παϑόντες πάρος Ἀϑηναίων ὕπο.* Adv. *πάρος* (cf. Eq. 1337; v. infra), quod post *παϑόντες* facile excidere poterat, respicit ad *ποτέ* 1138 et *τότε* 1141.

Ad significandum tempus praeteritum „antea" Ar. 31
usus est:

1) adv. *πρότερον*, quod hac vi 30 locis vides: Ach. 636. Eq. 894. 1221. 1325. N. 373. 921. Av. 467. 522. 599. Th. 623. E. 97. 579. 609. Pl. 365. 751. 825. 1093. 1120, adjectivi instar (cf. Krüg. I. 50. 8. n. 4) *αἱ πρότερον ἁμαρτίαι* Eq. 1355. R. 691 (*τὰ πρότερον κακά* Philem. 159. *τὰ πρότερον* Athenion. frg. IV. 558). *πρότερον — ποτέ* Av. 75. *καὶ*

πρότερόν ποτε Th. 1157. οὐ πρότερον πώποτε Av. 1596. καὶ γὰρ πρότερον V. 1127. P. 762. Nusquam Ar., quod neglexit etiam Mein. Vind. p. 61, pro simplici πρότερον dixit addito articulo τὸ πρότερον ut Diphil. 63 (aliter se habet anon. frg. 65: γήμας τὸ πρότερον = τὸν πρότερον γάμον); nam Pl. 402: τὸν Πλοῦτον ὥσπερ τὸ πρότερον ἑνί γέ τῳ τρόπῳ art., contra numeros additus a librariis dett. codd., recte om. in R. Ven. A. B. C. aliis codd., ut rejiciendum sit quod Hemsterh. et Bergk. scripserunt e conj. Bentl. et Porsoni ὡς τὸ πρότερον, ceteroquin etiam usu particulae ὡς ab Ar. prorsus alieno (v. infra s. 2).

2) formula πρὸ τοῦ (antehac, vordem), in qua primariam demonstrativam vim articuli servatam vides (nusquam πρὸ τούτου, τούτων ut e. c. Thuc. II. 15: τὸ δὲ πρὸ τούτου „antea“. Isocr. IV. 55) 35 locis: Eq. 1339. N. 5. 1291. P. 401 sq. 1199. 1312. Av. 199. Th. 410. 418. R. 732. 977 (cf. Eupol. 214); vicem gerit adj. πρότερος Eq. 574: στρατηγὸς εἷς τῶν πρὸ τοῦ (cf. Cratin. 228: ὁ πρὸ τοῦ βίος) et frg. 15: οἱ πρὸ τοῦ „majores“ = οἱ πρόγονοι Av. 542. οἱ πρότεροι N. 953. 1029. οἱ πρότερον Av. 599 (nusquam neque οἱ πρὸ ἡμῶν ut e. c. ap. Isocr. XV. 166 neque οἱ πρόσθεν) opp. οἱ νῦν N. 971. 987. 1003. V. 1481 (cf. Hermipp. 43: τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων τῶν νῦν). Ubicumque formulae πρὸ τοῦ adduntur particulae, ipsae eam excipiunt, nusquam inter praep. et τοῦ insertae sunt: π. τ. μέν N. 654. E. 301. πρὸ τοῦ δέ Pl. 1005. π. τ. γε N. 913. V. 231. 268. Pl. 1006. π. τ. μὲν οὖν: P. 690. Th. 424 (cf. Pl. Euthyd. 272 A). Cf. π. τ. μέν, δέ, γὰρ δή Hdt. I. 122. 103. V. 75. Aesch. Ag. 1204. Pl. Menon. 70 A, sed πρὸ γὰρ τοῦ Hdt. III. 99. — In comparatione Ar. constanti consuetudine dixit aut ὥσπερ πρότερον V. 780. Av. 558. E. 669. Pl. 402 (cf. Pl. 1192: ἱδρυσόμεθα τὸν Πλοῦτον οὗπερ πρότερον ἦν ἱδρυμένος. frg. 446: ὥσπερ τέως ἦν) aut addita καί particula ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ (nusquam neque ὥσπερ πρὸ τοῦ ut e. c. Hdt. III. 62 neque ὥσπερ καὶ πρότερον), quod quidem ubique vides in fine versus (tetr. tr. vel trim. jamb.): P. 350. Pl. 95 (Phryn. 37). E. 222—29 novies deinceps in eadem Praxagorae oratione, ubi in v. 227 ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ, quod voluerunt

etiam Hanov. (exerc. crit. p. 137) et Cobet., restituerunt Bergk. et Mein. (cf. Vind. p. 188) e Rav. et *Γ*, quum in cett. codd. *καί* desit. Eadem ratione dixit Ar. Th. 398: *δρᾶσαι δ' ἔθ' ἡμῖν οὐδὲν ὥνπερ καὶ πρὸ τοῦ | ἔξεστι* — sic enim recte scripserunt plerique edd. e conj. Kusteri quae confirmatur v. 418 sqq.; codd. *ὥσπερ* pro *ὥνπερ* quod frustra defendit Enger. — „neque enim de modo et ratione quaeritur, sed de rebus ipsis" (Fritzsch). Cf. Thuc. II. 15: *νεμόμενοι τὰ αὑτῶν ἕκαστοι ἅπερ καὶ πρὸ τοῦ.* — Nusquam autem Ar. in his formulis pro *ὥσπερ* dixit *ὡς*, quod neglexerunt (praeter Mein. Vind. p. 61) Bentl. Porson. Hemsterh. Bergk. Pl. 402 (v. supra s. 1) *ὡς τὸ πρότερον* restituentes.

3) adv. *τέως*: Th. 449: *τ. μὲν οὖν — νῦν δέ* (423 sqq. *πρὸ τοῦ μὲν οὖν — νῦν δέ*). R. 980, 989: *νῦν γοῦν — τέως δέ*. Pl. 835. — frg. 446: *ὥσπερ τέως ἦν*. Cf. Eupol. 103. Antiph. 165. (Idem adv. significat „tam diu" respondente *ἕως* P. 32, „interea" = *ἐν τοσούτῳ* P. 687. 729. 846. Av. 1689. Amips. 22. Men. 256, denique „in principio, initio" N. 66: *τέως μὲν οὖν — εἶτα*. Antiph. 18: *τέως μὲν — εἶτα*: cf. Passow. lex. II. 2. 1879 sq.).

4) adv. *πάρος* (quo cett. com. prorsus abstinuerunt, pariter atque scriptores praeter Hdt. IX. 2, saepissime usi sunt Hom. et tragici): V. 1536 (ch.) *τοῦτο γὰρ οὐδείς πω πάρος δέδρακεν* et Eq. 1337 (trim.) *οὐκ οἶσθ' οἷος ἦσθ' αὐτὸς πάρος οὐδ' οἷ' ἔδρας*, ad quae alter quaerit: *τί δ' ἔδρων πρὸ τοῦ καὶ ποῖός τις ἦ;* (Idem adv. restitui supra L. 1145 in oratione Lysistratae elatiore genere dicendi uti solitae).

5) *πάλαι ποτέ* in proverbio *πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι* Pl. 1002. 1075 (schol. = *πρότερον*) cf. Synes. ep. 80, ad quod alludit V. 1060 (ch.): *ὦ πάλαι ποτ' ὄντες ὑμεῖς ἄλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς, ἄλκιμοι δ' ἐν μάχαις*. Praeterea P. 133 in trim. trag., N. 1312 in cantico.

Denique 6) semel tantum Ar. dixit *πρίν ποτε*, in cantico P. 593: *πολλὰ γὰρ ἐπάσχομεν πρίν ποτ' ἐπὶ σοῦ* (sc. *τῆς Εἰρήνης*) *γλυκέα κἀδάπανα καὶ φίλα* — neque enim Ar. sunt V. 1063 (ch.) *πρίν ποτ' ἦν, πρὶν ταῦτα, νῦν δέ κτλ.* quae schol. tradit desumpta esse ex Timocreonte

Rhodio (ut Ach. 532 sqq. Eq. 610) et V. 1074 (tetr. tr.) εἴ τις θαυμάζει — ῥᾳδίως ἐγὼ διδάξω κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν (ubi conj. praes. vicem gerit conj. imperfecti „vel si indoctus fuerit antea": cf. Men. frg. 258: χρεία διδάσκει κἂν ἄμουσος ᾖ σοφὸν | Καρχηδόνιον. Thuc. I. 41. 3: ἦν καὶ πρότερον ἐχθρὸς ᾖ. Krüg. I. 53. 2. n. 9), quae teste schol. desumpta sunt ex Eur. Stheneboea (cf. Valcken. Diatr. p. 207. Nauck. frg. tr. p. 448 sq.). In frg. com. πρίν adverbiali vi non invenitur nisi duobus com. anon. locis, quorum tamen altero: frg. 55 (trim.) βασιλεῖς ἐγένοντο χοί πρὶν ὄντες αἰπόλοι — profertur sententia generalis, quae fere solent insignes esse genere dicendi elatiore (cf. [Menandri] monosticha), alter: frg. 447 (trim.) καὶ φθειριῶσαν ὡς ὁ πρὶν Καλλισθένης (Suid. s. Καλλ.· — περὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης, ὡς ἠμέλετο πάνυ. An ὡς τὸ πρὶν Καλλισθένης?) num omnino sit comici poetae jam Meinekio valde incertum visum est. Itaque cum πρίν adverbiali vi (qua saepenumero exstat ap. Hom. et trag., raro ap. scriptores: cf. Hdt. VIII. 37. Thuc. II. 62. Pl. Reip. VIII. 547 C. τὸ πρίν: Hdt. I. 129. Pl. Criti. 112 A. Luc.) prorsus alienum sit a mero comicorum sermone qui cernitur in diverbiis (ut hinc quoque appareat Ar. ceterosque poetas com. ubi non ascendant ad elatius genus dicendi, purissimi Atticorum sermonis esse auctores), procul dubio improbandae sunt conjecturae 1) Meinekii qui (Vind. p. 195) locum difficillimum Ar. E. 503 (tetr. tr.): χαὖται γὰρ ἥκουσιν πάλαι τὸ σχῆμα τοὔτ' ἔχουσαι ita restitui posse censet ut scribatur: τὸ σχῆμα τὸ πρὶν (= τὸ πρότερον› cf. Krüg. I. 50. 8. n. 4) ἔχουσαι — et 2) Piersoni qui (ad Moer. p. 229) in frg. Antiph. 21 (trim.) admodum corrupto et lacunoso, correcto et suppleto a Bekk. (Poll. IV. 125) in h. m.: ἦν γάρ τι ἐργαστήριον τῆς οἰκίας; — [οὐκ ἦν μὰ τὸν Δί', ἀλλὰ δὴ] τὸ κλίσιον | ὃ πρότερόν ποτ' ἦν τοῖς ἐξ ἀγροῦ βουσὶ σταθμός | καὶ τοῖς ὄνοις, πεποίηκεν ἐργαστήριον pro πρότερον metri causa proposuit πρίν (probatus Meinekio in ed. min., qui in ed. maj. ποτε deleverat), quod me judice nullo modo inferre licet in h. l., quippe quo poeta vulgarem sermonem non excedat; emendationem fragmenti admodum incertam esse patet,

conjecerim tamen poetam scripsisse: [ἀλλ' ὃ δὴ] τὸ κλίσιον | πρότερόν ποτ' ἦν τοῖς ἐξ ἀγροῦ βουσὶ σταθμός | — πεποίηκεν ἐργαστήριον (de subst. τὸ κλίσιον epexegetice fere post pron. relat. posito v. Krüg. I. 51. 12. n. II. 51. 10. n. 2. 57. 10. n. 3. Passow. II. 1. 550. IV. 1. b. Schol. et Schneidew. ad Soph. Ant. 404; e com. cf. Ar. P. 138: ἅττ' ἂν αὐτὸς καταφάγω τὰ σιτία (Mein. Vind. p. 40). 676. 791. Av. 437: ἐφ' οἷσπερ τοῖς λόγοις (adn. Kock.). Cratin. 431: ὅνπερ — τὸν λόγον διέφθορεν.

7) Nusquam omnino Ar. de tempore praeterito dixit πρόσθεν quod usurparunt Hdt. (e. c. V. 75: ἐν τῷ π. χρόνῳ), Plato (v. Ast. III. 201), Xen., poetae inde ab Hom., e cett. com. soli novae com. poetae: Men. 578: τὸ πρόσθεν „antea", mon. 435: τὰ πρόσθεν κακά. Philippid. 27: ὡς τὸ πρόσθε „ut antea" (ex em. Mein.; codd. vitiose ὥστε πρὸς σέ με vel ὥστε πρὸς ἐμέ), qui etiam ἔμπροσθεν hoc intellectu admiserunt (ut Plato: Ast. I. 696 sq.): Damox. 3. Hegesipp. 1 v. 2: λέγων τι καινὸν παρὰ τοὺς ἔμπροσθεν. v. 20: ἐπὶ τῶν ἔμπροσθε Σειρήνων. —

Ar. πρόσθεν temporali intellectu semel tantum admisit, ita tamen ut significet „prius": N. 779: εἰ πρόσθεν ἔτι μιᾶς ἐνεστώσης δίκης, πρὶν τὴν ἐμὴν καλεῖσθ', ἀπαγξαίμην τρέχων (= πρότερον — πρίν Av. 700. R. 673. E. 588. 620. 649. πρίν — πρότερον Eq. 761) ut ἔμπροσθε Nicom. 1 v. 14. Ceteris (11) locis omnibus <u>πρόσθεν locum</u> significat (ut constanter apud Thucyd.: IV. 32, 3. VI. 67. VII. 43, 5. 44, 3. 78, 3. 4. 5. 81, 3): V. 1517 (cum gen.): ἡμῶν πρόσθεν (= πρό Ach. 235. Eq. 1058 sq. V. 804. — Ach. 988. V. 273. E. 1033). V. 337: πρ. καθεύδειν. R. 287: εἶναι ἐν τῷ πρ. et πρ. ἰέναι (ut 286 εἶναι ἐξόπισθεν et ἐξόπισθ' ἰέναι). L. 302: σπεύδειν πρ. L. 185, Th. 645, Ach. 43, E. 129: ἐς τὸ πρόσθεν τιθέναι τί, οἴχεσθαι, παριέναι — quae eadem formula restituenda est Ach. 242 ubi codd. praebent πρόιθ' ὡς τὸ πρόσθεν ὀλίγον ἡ κανηφόρος, quod quamquam omni sensu caret (neque enim de tempore accipi potest: cf. 260: ἐξόπισθε τῆς κανηφόρου — neque de loco ita, ut ὡς sit instar praepositionis, quippe quod de animantibus tantum dicatur), retinuit tamen (praeter Ribbeck.) Mein. in ed., quum Vind. p. 61 locum ita afferat ut scripserunt Brunck. Bekk. Both.

Bgk.: πρόιϑ' ἐς τὸ πρόσϑεν ὀλίγον ἡ κανηφόρος, cui tamen praetulerim leniorem mutationem Wolfii Dind. et Blayd. probatam: προίτω 'ς τὸ πρόσϑεν (de aphaeresi v. Krüg. II. 14. 9. n. 5.) etiam aequabilitatis causa: sequitur enim statim (243) 3. pers. imp.: ὁ Ξανϑίας τὸν φαλλὸν ὀρϑὸν στησάτω (de usu 2. et 3. personae imp. infra fusius disputabo). Ceterum de pleonasmo προιέναι ἐς τὸ πρόσϑεν cf. Pl. Protag. 339 D. Symp. 174 E. Legg. III. 682 A. προιέναι εἰς τοὔμπροσϑεν Gorg. 497 A. ἐς τοὔπισϑεν ἀναχωρεῖν Ar. Pl. 1209 (= ἀναχωρεῖν P. 984). εἴσω εἰσιέναι Pl. 231. 1088. Cratin. 384. Eur. Andr. 876. εἴσω εἰσκυκλεῖν Ar. Th. 265. εἴσω εἰσάγειν Eur. Alc. 1147. ἐνοικεῖν ἔνδον Ar. Av. 1107. ἔξω ἐξιέναι Antiph. 118. ἔξω ἐκφέρειν ϑύραζε Ar. N. 1388. ἄνω ἀναστέλλειν E. 268. διαπρίειν δίχα P. 1262. κατορύττειν κατὰ τῆς γῆς κάτω Pl. 238 (ut Hdt. III. 16: ἐκ τῆς ταφῆς ἐκφέρειν ἔξω. II. 144: ἐσάγειν ἐς τὸ μέγαρον ἔσω. II. 156: ἔσω ἐς τὸ ἱερὸν ἐσελκύσαι. Aeschin. III. 100: ἀπαγαγὼν ἡμᾶς ἄπωϑεν ἀπὸ τοῦ πράγματος. Ar. N. 216: ἀφ' ἡμῶν ἀπαγαγεῖν πόρρω πάνυ). — Recte Mein. (cf. Vind. l. c.) Eq. 751 scripsit: ἀλλ' ἐς τὸ πρόσϑε. χρὴ παρεῖν' ἐς τὴν πύκνα „sed age procedamus" („vorwärts") — „vulgo (verba sunt Mein.) omnibus ad unam sententiam conjunctis ἀλλ' ἐς τὸ πρόσϑε χρὴ παρεῖν' ἐς τὴν πύκνα, quod ita tantum ferri possit ut ὡς τὸ πρόσϑε „ut antea" scribatur (e conj. Casaub. Bentl.) ut fecit Bergk.; falluntur enim haud dubie qui ἐς τὸ πρόσϑε idem significare posse existimant" (ut Dind., qui interpretatur „ut antea, more antiquo"); „quaerendum tamen an umquam apud Ar. ὡς τὸ πρόσϑε dictum reperiatur pro ὡς τὸ πρότερον." (Dicere debebat potius ὥσπερ πρότερον ex usu Ar. — v. supra s. 1. 2). ὡς τὸ πρόσϑε scripsit etiam Brunck., e recc. (praeter Bergk.) Velsen. et Kock., qui posterior usu Ar. ipsius neglecto interpretatur „more majorum" cll. Aesch. Ag. 19: ὡς τὰ πρόσϑε (add. 1436: ὡς τὸ πρόσϑεν) et locutione οἱ πρόσϑεν „majores". —

In frg. com. πρόσϑεν locali vi quater exstat: cum gen. πρ. τῶν ϑυρῶν Ephipp. 4. ἐκ τοῦ πρ. Antiph. 87. εἰς τὸ πρ. Antiph. 18. Alexid. 96, 15. (Dionys. V. p. CCXXI?)

— ἔμπροσθεν semel: Eupol. 68: σὺ δ' ὕπαγ' εἰς τοὔμπροσθεν (Dion. l. c.?), quod idem adv. omnino semel tantum vides ap. Ar.: V. 871 (lyr.): ἔμπροσθεν τῶν θυρῶν. — De formarum advv. in -θεν (-θε) exeuntium apud com. usu infra disseram. — 32

L. 468: τί τοῖσδε σαυτὸν ἐς λόγον τοῖς θηρίοις συνάπτεις; — Herwerd. (Anal. crit. p. 52) scribi jussit ἐς λόγους, quia constanter dicatur: ἐς λόγους ἐλθεῖν συνελθεῖν ἀφικέσθαι sim. Quod falsissimum est. Ar. certe promiscue (7ies) dixit ἐς λόγους et ἐς λόγον. Pluralis numeris postulatur 1) V. 472: ἔσθ' ὅπως ἂν ἐς λόγους ἔλθοιμεν ἀλλήλοισι καὶ διαλλαγάς; -σοὺς λόγους, ὦ μισόδημε; et 2) Av. 258: ἀλλ' ἴτ' ἐς λόγους ἅπαντα — item singularis 3) Eq. 806: εἴ ποτε στεμφύλῳ ἐς λόγον ἔλθῃ (solus cod. Laur. [*M* Velseni] c. metr. λόγους) et 4) N. 470: βουλομένους ἐς λόγον ἐλθεῖν (R. V. cett codd. fere omnes c metr. λόγους; sing. λόγον cum Ald. unus cod. Cantabrig. adscripto a correctore -ους). Et singularis et pluralis per numeros locum habent 3 locis: sing. traditum vides 5) Eq. 1300: φασὶν ἀλλήλαις ξυνελθεῖν τὰς τριήρεις ἐς λόγον — pluralem 6) N. 252: βούλει ξυγγενέσθαι ταῖς Νεφέλαισιν ἐς λόγους; — fluctuant codd. 7) loco illo in quo offendit Herw. L. 468: τί τοῖσδε σαυτὸν ἐς λόγον τοῖς θηρίοις συνάπτεις; ubi unus Vatic. praebet λόγους quod receperunt soli Brunck. Bekk., probavit Porson. ad Eur. Phoen. 714 (ἐς λόγους συνῆψα Πολυνείκει μολών). At plur. λόγους nihil esse nisi interpretamentum singularis λόγον (quem vides in cett. et codd. et edd.) manifesto docent duo illi loci 3) et 4) Eq. 806 et N. 470, ubi nonnullorum codd. librarii plur. vel contra numeros intulerunt. Hausisse autem videtur Herwerd. falsam suam de singulari non admisso sententiam e Passowii lex. s. λόγος: „Gespräch, Unterredung, Unterhandlung, nur im Plural, ἐς λόγους ἐλθεῖν συνελθεῖν ἀφικέσθαι ἰέναι." Sane Ar. solus videtur singularem de colloquio admisisse: certe constanter plurali λόγοι usi sunt non solum poetae: cf. Soph. O. C. 1164. Eur. Alc. 962. Med. 872. Tr. 916. Phoen. 714. 771 (apud quos etiam μῦθοι hac significatione vides;

Hom. δ 214. 239. λ 379. ψ 301. Eur. Med. 1082), sed etiam scriptores: cf. Hdt. I. 82. 86. II. 32. III. 148. V. 94. IX. 41. 44. Thuc. (38 locis: v. Bétant lex. II. p. 103). Xen. An. II. 5, 4. III. 1, 29. (II. 5, 25: v. Krüg. lex. s. λόγος). Cyr. IV. 3, 23. Hell. IV. 1, 2. Plat. (Ast. lex. II. 254 sq.). Lys. XII. 25. XX. 26. XXXII. 12 (Frohb. ad XXXI. 4 append.). Isae. II. 7. Dem. II. 11. XXI. 163. XXVII. 15. XXXXI. 14 al. Polyb. XXII. 21, 12 — quare ipse Ar. in trim. pluralem usurpavit N. 252: ξυγγενέσθαι ταῖς Νεφέλαισιν ἐς λόγους; quum sing. admiserit in tetr. jamb. L. 468, tetr. tr. Eq. 1300 (plur. V. 472, in dim. troch. Av. 258), tetr. anap. Eq. 806, cant. N. 470. Addo ἐν λόγοις „in colloquio" Eq. 459 (tetr. jamb.) et ἐν τοῖσι λόγοις Pl. 488 (tetr. anap.). —

33 L. 718 sqq. Lysistrata queritur mulieres omni ratione ex arce effugere et ad viros redire nitentes se non jam posse coercere: ἐγὼ μὲν οὖν αὐτὰς ἀποσχεῖν οὐκέτι | οἵα τ' ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν. ἀποδιδράσκουσι γάρ. Jam recenset varia mulierum fugiendi tentamina:

τὴν μέν γε πρώτην διαλέγουσαν τὴν ὀπὴν
κατέλαβον ᾗ τοῦ Πανός ἐστι ταὐλίον,
τὴν δ' ἐκ τροχιλίας αὖ κατειλυσπωμένην,
τὴν δ' αὐτομολοῦσαν, τὴν δ' ἐπὶ στρούθου μίαν
ἤδη πέτεσθαι διανοουμένην κάτω
εἰς Ὀρσιλόχου χθὲς τῶν τριχῶν κατέσπασα.

Quibus in 6 versibus compluria insunt in quibus offendas. Primum τὴν μέν γε πρώτην vix recte se habet: neque enim sequitur τὴν δὲ δευτέραν, τὴν δὲ τρίτην, sed τὴν δέ, quod flagitat ut sibi respondeat simpliciter τὴν μέν (γε). (Aliter enim se habet Th. 603: τίς ἡ [εἶ R.] πρώτη σύ;) Itaque Ar. potius πρῴην scripsisse censeo, quod quam proclivi errore in πρώτην corrumpi potuerit, apparebit cogitanti antiquam scribendi rationem ΠΡΩΙΗΝ (cf. Philem. frg. 10 ubi πρῴην pro πρώτη restituit Bentl.). Fingere autem poetam inde a mulierum conventu in fabulae initio jam aliquot dies praeterlapsos esse (cf. Herwerd. stud. crit. in poet. scen. Graec. p. 54) luculenter apparet e vv. 745. 758 sqq. 764 sqq. 855. 866 sqq. 899. 904. 880: οὐδ' ἐλεεῖς τὸ παιδίον ἄλουτον ὂν κἄθηλον ἕκτην

ἡμέραν (quamquam qui haec dicit rem verbis auget: cf. L. 280: ἒξ ἐτῶν ἄλοντος. Pl. 85. Th. 637. 642. Mein. Vind. 59. Teuffel. ad N. 10). Temere igitur in adv. χθές v. 725 haeserunt Bergk. („χθές corruptum"), Mein. Vind. p. 128: „quid est quod heri se istam mulierem a volatu retinuisse dicit? quae mirifica est temporum perturbatio; scribendum videtur τρίς" — denique Madvig. Adv. crit. I. 280: „pravum χθές est; nam neque in cett. membris tempus significatur et narratur res non heri, sed hoc paene ipso temporis momento acta; scripsit Ar. εἰς Ὀρσιλόχου φθάσα τῶν τριχῶν κατέστασα" — quam conjecturam Herwerd. l. c. suo jure turpem dicit. — Deinde in verbis τὴν δ' ἐκ τροχιλίας αὖ κατειλυσπωμένην ferri nequit particula αὖ media in enumeratione posita, quam quidem in fine enumerationis (3. loco) vides e. c. P. 1070: μὴ — μηδὲ — μηδ' αὖ. V. 81: 74: Ἀμυνίας μέν φησι, 78: ὁδὶ δέ φησι Σωσίας, 81: Νικόστρατος δ' αὖ φησιν. Th. 168 sqq.: ταῦτ' ἄρ' ὁ Φιλοκλέης αἰσχρὸς ὢν αἰσχρῶς ποιεῖ, | ὁ δὲ Ξενοκλέης ὢν κακὸς κακῶς ποιεῖ, | ὁ δ' αὖ Θέογνις ψυχρὸς ὢν ψυχρῶς ποιεῖ (ubi in altero versu codd., fortasse [v. adn. Eng.] etiam R., ὁ δ' αὖ Ξεν. praebent, quod in ὁ δὲ Ξ. recte mutavit Brunck. omnibus edd. probatus; δ'. αὖ enim [quod in cod. Aug. in margine additum est] manifesto e proximo versu manavit, idque eo facilius quum hic v. propter similem proximi exitum initio omissus sit, additus deinde a 2. m. in R., falso loco post 170: ὁ δ' αὖ Θέογνις in Aug.). Accedit quod αὖ h. l. medio in enuntiato post ἐκ τροχιλίας collocatum perversam efficere videtur sententiam: neque enim solum instrumentum devolvendi (τροχιλία) novum infertur, sed omnino tota ratio devolvendi e trochlea (τὸ ἐκ τροχιλίας κατειλυσπᾶσθαι), ut collocandum esset αὖ post τὴν δέ. Haec movisse videntur Bergkium (neque enim rationes conj. reddidit) ut αὖ cancellis sepiret. Quod tamen addit in adn. crit. „fortasse praeterea τροχηλίαις scribendum" non intelligo quid sibi velit; fortasse voluit τροχηλίας (τὸν δ' ἐκ τροχηλίας κατειλυσπωμένην), ut -αις tribuendum sit errori typothetae. At vereor ne omnino forma τροχηλία (τροχειλία h. l. praebent R. Aug. Junt., corr. Flor. Chr.) careat auctoritate (v. Passow. lex. s. v. II. 2.

p. 1992 sqq.). Itaque proposuerim potius: τὴν δέ γ' ἀπὸ τροχιλίας κατειλυσπωμένην (ἀπὸ ante τρο- facile excidere poterat; deinde aliquis suo Marte versum redintegravit), ut ab initio trimetri se excipiant dactylus et tribrachys, ut e. c. Av. 836: ὡς δ' ὁ θεὸς ἐπιτήδειος. frg. 510: βασκάνιον ἐπὶ κάμινον. Praepositionis autem bisyllabae et quidem pyrrhichicae ita collocatae, ut duae breves syllabae diversorum sint pedum, 29 apud Ar. exstant exempla (pleraque in trim.): praep. ἀπό: Ach 1023. Eq. 728. 1159. διά: Ach. 537. N. 1230. Th. 414. Pl. 171. 174. 176. κατά: N. 188. 663. P. 241. μετά: L. 438. Th. 631. παρά: Ach. 134. E. 723. ἐπί: Ach. 602. V. 1167. Av. 383. Pl. 1001. frg. 198. (κἀ|πί: Eq. 169. R. 589. οὐ|πί: Ach. 504. 510. N. 218. 1502. V. 68. L. 389. τἀ|πί: P. 283. Av. 1369. E. 82. Pl. 57. 996). περί: L. 932. Th. 246. 256. E. 814. ὑπέρ: Ach. 316. V. 1118. ὑπό: Ach. 1194. N. 855 (ubi quod praebent V. A.: ἐπελανθανόμην εὐθὺς ὑπὸ πλήθους τῶν ἐτῶν [cett. codd. plerique ἐπελ. ἂν εὐθὺς ὑπὸ πλήθους ἐτῶν, R. c. metr. ἂν — τῶν ἐτῶν] quamquam ἂν facillime excidere poterat, art. autem saepissime de suo addiderunt librarii [v. §. 30], tamen inde aliquomodo commendatur, quod plerumque in tali substantivorum conjunctione alteri quod in gen. casu attributi loco positum est, articulus adjungitur, et quidem soli: v. Schoemann. ad Plut. Agid. 5, 1: τῶν οἴκων ἀριθμόν, qui cf. jubet Jacobs. Animadv. ad Athen. p. 18. Krüg. ad Dionys. histor. p. 168. Bernhardy Synt. p. 321. Thuc. VII. 72: ὑπὸ μεγέθους τῶν κακῶν. VIII. 33: ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων. 105: ὑπὸ πλήθους τῶν νεῶν. Xen. An. I. 1. 1: τελευτὴν τοῦ βίου. Pl. Reip. V. 453 B: ἐν ἀρχῇ τῆς κατοικίσεως — quibus addo ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου, τῆς σκέψεως Dem. 37, 28. Pl. Phaedr. 237 C. διὰ σπανιότητα τῆς γῆς Isocr. IV. 34. ἀνθ' ἡμίσεος τῆς τροφῆς Thuc. IV. 83, 6, ex Ar.: N. 164: ὑπὸ βίας τοῦ πνεύματος. 619: κατὰ λόγον τῶν ἡμερῶν. Th. 894: ἐπὶ κλοπῇ τοῦ χρυσίου. E. 396: περὶ σωτηρίας τῆς πόλεως — et ubi gen. attrib. interpositum vides Av. 1588: περὶ τοῦ πολέμου καταλλαγῆς; utrumque tamen subst. sine art. posuit Xen. Hell. VI. 3, 15: ὑπὸ πλήθους κακῶν). Multo saepius Ar. illa ratione collocavit praepp. ἀμφί et ἀντί

quippe quae trochaeum efficiant: ἀντί (quod omnino 48ies usurpavit) 24 locis: Eq. 364. 470. 1043. 1345. 1404. N. 653. 668. 796. V. 210. 1404. P. 1251. Av. 58. L. 1155. 1167. Th. 722. 773. E. 1047. 1111. Pl. 540. 542. 543. 545. 634. frg. Ger. XI. Bgk. — ἀμφί semel: Ach. 1072 (omnino autem Ar. hanc praep. non admisit, nisi ubi elatiore utitur genere dicendi, semel in trim.: Ach. 1072, quater in canticis: N. 595. L. 1257. Th. 995. R. 215, nusquam gen. junctum, semel dat. primarii vi circumdandi Th. 995, cett. locis acc.: locali vi Ach. 1072. L. 1257, translata N. 595. R. 215; in frg. com. bis occurrit: c. dat. locali vi in Philetaer. frg. 18 admodum corrupto, c. acc. translata vi in Axionic. frg. 3 lyr.). —

Ut tandem revertamur ad locum propositum, etiam magis offendo in eis quae sequuntur 723 sqq. τὴν δ' αὐτομολοῦσαν, τὴν δ' ἐπὶ στρούθου μίαν | ἤδη πέτεσθαι διανοουμένην κάτω | εἰς Ὀρσιλόχου χθὲς τῶν τριχῶν κατέσπασα. Quomodo enim τὴν δ' αὐτομολοῦσαν quadrat in h. l., ubi recensentur varia mulierum fugiendi tentamina? τὸ αὐτομολεῖν (cf. Eq. 26. P. 451. Pl. 1150. ἐξαυτ. N. 1104) i. e. τὸ ἀποδιδράσκειν (719; αὐτομολεῖν = φεύγειν P. 451 —743) commune est mulieribus: propriam habent singulae singularem aufugiendi rationem: alia foramen diducit et perfodit, per quod perrepat (cf. V. 350 sqq. ἔστιν ὀπὴ δῆθ' ἥντιν' ἂν ἔνδοθεν οἷός τ' εἴης διορύξαι; — πάντα πέφρακται κοὐκ ἔστιν ὀπῆς οὐδ' εἰ σέρφῳ διαδῦναι), alia e trochlea conatur sese devolvere (neque tamen effugit; deprehenditur enim a Lys.: κατέλαβον 721), alia denique passeri insidens devolare cogitat de arce. Itaque necessario aut verba τὴν δ' αὐτομολοῦσαν corrupta judicanda sunt aut statuendum est post ea excidisse accuratiorem tertii cujusdam fugiendi tentaminis descriptionem, quam deinde jam quarto loco excipiant verba τὴν δ' ἐπὶ στρούθου κτλ. Hoc posterius tamen quum per se minus est verisimile, tum eo displicet quod duo priora tentamina integris describuntur versibus, ut jam idem postuletur de eis quae sequuntur. Itaque censeo verba illa τὴν δ' αὐτομολοῦσαν potius conjungenda esse cum eis quae sequuntur τὴν δ' ἐπὶ

στρούθου μίαν κτλ., librarios autem singulas literas falso inter se conjunxisse ita ut scriberent:

τὴν δ' αὐτομολοῦσαν, τὴν δ' ἐπὶ στρούθου μίαν

quum Aristophanes scripsisset:

τὴν δ' αὖ γε μόλις ἐνθένδ' ἐπὶ στρούθου μίαν
ἤδη πέτεσθαι διανοουμένην κάτω
εἰς Ὀρσιλόχου χθὲς τῶν τριχῶν κατέσπασα.
ΤΗΝΔΑΥΓΕΜΟΔ Ι Σ ΕΝΘΕΝΔ
ΤΗΝΔΑΥΤΟΜΟΔΟΥΣΑΝΤΗΝΔ

ut jam tria tantum describantur fugiendi tentamina et ea integris versibus, primum duobus, alterum uno, tertium utpote audacissimum tribus. Respondent sibi autem *τὴν μέν γε* 720, *τὴν δέ γε* 722, *τὴν δ' αὖ γε* 723, ut 3. loco *αὖ γε* indicet gradationem (cf. *μέν — δέ — δ' αὖ*: V. 74 sqq. Hermipp. frg. 61, 4 et 12. *ὁ — ὁ δέ — ὁ δ' αὖ* Th. 168 sqq. *μέν γε — δέ — δ' αὖ* R. 290. *ὃ μέν — ὃ δέ — ὃ δέ γε — ὃ δέ γε κτλ.* P. 162 sqq. *οἴ γ' ἐμοὶ χρησμοὶ — οὑμοὶ δέ γ' αὖ* Eq. 965 sqq.). De corruptelae genere cf. e. c. L. 679 ubi R. Aug. Junt. recte praebent *ἔγραψεν ἐφ' Ἵππων* (nisi quod *ἔγραψ'* scrib. est), cett. vero ridicule *ἔγραψε φιλίππῳ*. — Adv. *μόλις* (de forma v. §. 15) pertinet ad v. *κατέσπασα*, quod Meinekio (Vind. p. 128) quum „detraxi aegre coeat cum *κάτω πέτεσθαι διανοουμένην*" mutandum videtur in *ἀνέσπασα* „e fuga retraxi" — qua conj. num opus sit dubito: nonne *κατέσπασα* h. l. significare potest „detraxi eam de passere?" Ac ne ea quidem mihi probantur, quae idem Mein. disputavit de adv. *χθές*, quod rectissime se habere supra jam demonstravimus (p. 53), et de vocabulo *μίαν*. Dicit enim quamquam per se nulla sit in v. *μίαν* offensionis causa, tamen fortasse *Μίκαν* scribendum esse, cui conjecturae ex eo aliquid roboris accedat, quod etiam moechus prurientis mulieris nomine appelletur (*εἰς Ὀρσιλόχου*). Hoc quidem argumentum me judice prorsus nullius est momenti: carpitur enim h. l. solus Orsilochus ut moechus et libidinosus (schol. *Ὀρσ. πορνοβοσκὸς καὶ μοιχὸς καὶ ἐπὶ θηλύτητι κωμῳδεῖται*). Accedit quod vix ferri potest forma *Μίκα*. Dicit quidem Mein. „nomen *Μίκα* cum *Μίκων*, quod prima correpta dicitur L. 679 et Theocr. V.

112, cognatum est legiturque etiam Th. 760 ubi citra necessitatem cum aliis *Μίκκα* edidi praeeunte Lobeckio" (qui id tacite scripsit ad Phryn. p. 718). „Hyperidis oratio *ὑπὲρ Μίκας* laudatur a Polluce VII. 191 et X. 39, quod *Μίκκας* viri docti scripserunt, nescio an sine causa". At in feminarum nominibus consona paenultimae syllabae plerumque duplicari solet: cf. *Κύννα* Eq. 765. V. 1032. P. 755. *Κρίτυλλα* L. 323. Th. 898. *Ξένυλλα* Th. 633. *Δύσιλλα* N. 684. Th. 375. *Φίλιννα* N. 684. *Κοτυττώ* al. (v. Fritzsch. ad Th. 760, qui addit.: „nihil egerit si quis formae *Μίκα* patronus nomen *Μίκων* in L. 679 et alibi contulerit"). Accedit autem quod *Μίκκα* cohaeret cum *μικκός* (cf. Ach. 909, ubi Vat.-Pal. praebet *μικός*), dorica forma adj. *μικρός* (cf. schol. Put. ad Th. 760: *μίκκα* [codd. *Μίκα*] *ἀντὶ τοῦ μικρά)*; et haec ipsa forma *Μίκκα* confirmatur inscriptionibus (C. J. 970. 3797 b. Keil. inscr. boeot. LXVII. e. Anal. epigr. 153 n. 1). — Neque tamen recte se habere censeo quod traditum est *μίαν*, etsi Mein. in eo per se nullam offensionis causam esse contendit. Dicitur quidem in enumerationibus, ubi alter alteri opponitur, nonnumquam *εἷς μέν* pro *ὃ μέν* vel *εἷς δέ* pro *ὃ δέ* (cf. Hom. γ 421 sqq.: *ὃ μὲν — εἷς δὲ — εἷς δ' αὖ.* Pl. Reip. II. 369 D: *εἷς μὲν — ὃ δὲ — ἄλλος δέ τις.* Xen. Hell. I. 7, 10: *εἷς μὲν — ἕτερος δὲ — ἕτερος δέ.* Ar. Pl. 665: *εἷς μέν γε Νεοκλείδης — ἕτεροί τε πολλοί)* at tamen *ὃ δὲ. εἷς* (sive *ὃ μὲν εἷς*), *εἷς* appositive addito, ita tantum dici potest, ut unus solus opponatur pluribus (ut e. c. Hom. υ 109 sq.: *αἱ μὲν ἄλλαι εὗδον — ἣ δέ μί' οὔπω παύετο.* Eubul. frg. 94: *τρεῖς μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω | τοῖς εὖ φρονοῦσι· τὸν μὲν ὑγιείας ἕνα | ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι, τὸν δὲ δεύτερον | ἔρωτος ἡδονῆς τε, τὸν τρίτον δ' ὕπνον.* Cf. Ar. Eq. 861: *εἷς ὤν.* Pl. 1053: *εἷς μόνος*), quod tamen in Ar. l. non cadit, ubi potius in enumeratione alter alteri opponitur. Quominus autem *εἷς* h. l. ita accipiatur, ut prope accedat ad vim pron. indef. *τις* (*ὃ δὲ εἷς* = *ὃ δέ τις* = *ὃ δέ*), obstat usus veterum Atticorum, qui quidem *εἷς* hoc intellectu („unus aliquis de compluribus, multis") ita tantum admiserunt, ut addatur subst. (cf. Av. 1292: *εἷς κάπηλος)* vel gen. part.

(cf. Thuc. I. 85: *εἷς τῶν ἐφόρων*. IV. 40: *ἕνα τῶν αἰχμαλώτων*. Isae. III. 37: *ξενίας φεύγων ὑπὸ ἑνὸς τῶν φρατόρων*. Ar. frg. 260: *ἐθέλω δίκην | δοῦναι πρόδικον πρὸς τῶν φίλων τῶν σῶν ἑνί* — sic enim haec scribenda esse p. 59 demonstrabo) vel quod saepissime vides ipsum pron. indef. *τις* (*εἷς τις* s. *τὶς εἷς* s. *εἷς γέ τις*: cf. Eq. 1301: *φασὶν μίαν λέξαι τιν' αὐτῶν ἥτις ἦν γεραιτέρα*. frg. 236. 418. Ind. com. dict. V. 1. p. 347). Cf. Schoemann. ad Plut. Cleom. 7, 2. — Itaque *μίαν* loco illo Ar. ferri nullo modo posse patet. Quid tamen poeta scripserit, difficile est dijudicatu: conjici possit *νέαν* (quippe quae sit etiam libidinosior ceteris: cf. Th. 478 sqq.), cui tamen praetulerim *τινά*, ut *τὴν δέ* — *τινά* sit „aliam quamdam" (*ὃ δέ τις* = *ὃ δέ* vides e. c. Av. 1444. Pl. 1180. Stratt. frg. 55. *ὃ δέ* — *τὶς* Pl. 1181. Plat. frg. 35. *ἕτερος δέ τις* L. 414. *ἕτερος δὲ* — *τὶς* Pl. 163. Cf. Krüg. I. 50. 1. n. 9.), cujus in locum *μίαν* statui possit irrepsisse ex interpretamento, adscripto a librario *τινά* h. l. generis feminini esse indicante. —

Ceterum moneo post v. *κατειλυσπωμένην* 722 (in vulg. post *αὐτομολοῦσαν* 723) fortius distinguendum esse (quod solus fecit Brunck. quem secutus est Bekk.): nam duobus prioribus membris (in vulg. tribus) commune est v. *κατέλαβον*, quum tertium (in vulg. quartum) proprium habeat v. *κατέσπασα*. Denique liceat totum locum ab omni parte emendatum adscribere:

ἐγὼ μὲν οὖν αὐτὰς ἀποσχεῖν οὐκέτι
οἵα τ' ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν· ἀποδιδράσκουσι γάρ.
τὴν μέν γε ⟨πρώτην⟩ διαλέγουσαν τὴν ὀπὴν
κατέλαβον ᾗ τοῦ Πανός ἐστι ταὐλίον,
τὴν δέ ⟨γ' ἀπὸ⟩ τροχιλίας κατειλυσπωμένην·
τὴν δ' ⟨αὖ γε μόλις ἐνθένδ'⟩ ἐπὶ στρούθου ⟨τινὰ⟩
ἤδη πέτεσθαι διανοουμένην κάτω
εἰς Ὀρσιλόχου χθὲς τῶν τριχῶν κατέσπασα.

34 Frg. 260: *ἐγὼ γὰρ εἴ τί σ' ἠδίκηκ' ἐθέλω δίκην | δοῦναι πρόδικον ἓν τῶν φίλων τῶν σῶν ἑνί*: sic h. l. emendavit Porson., quum codd. praebeant Photii p. 451, 13: *ἓν τῶν φίλων τῶν σῶν ἕνι*, Suid. s. *πρόδικον*: *ἑνὶ τῶν φίλων τῶν σῶν*. Recte tamen Bergk. (Mein. Com. II. 2. 1056) aliud quid

latere suspicatus est: illud ἐν ἑνὶ τῶν φίλων enim parum commodum videri (recte se habet ἐν c. dat. plur. ap. Pl. Legg. XI. 920 D: ἐὰν ἐν διαιτηταῖς μὴ δύνωνται διαλλάττεσθαι — errore autem ut videtur Frohberger. ad Lys. XXXII. 2 ex hoc Ar. frg. affert: πρόδικον δίκην δοῦναι ἐν τοῖς φίλοις). Jam Cobet. (V. L. p. 173) scribi jussit ἐπὶ τῶν φίλων τῶν σῶν τινος ex usu illo, quo ἐπὶ c. gen. jungi solet „notioni ejus apud quem causa agitur sive is judex est vel arbiter sive rex vel magistratus, apud quem quaeritur judiciumque exercetur" (cf. Passow. s. ἐπί. Krüg. I. 68. 40. n. 2.; raro hoc eodem intellectu vides ἐπί c. dat.: e. c. Dem. XIX. 234: ἐπὶ ταῖς δικασταῖς ἔλεγες). At si scribitur ἐπί, efficitur ut anapaestus (ἐπὶ τῶν) excipiat tribrachum (πρόδικον), quod non licet in trimetro nisi ubi post tribrachum in fine dipodiae positum finitur enuntiatum, ut post interpunctionem ab anapaesto in initio proximae dipodiae posito novum enuntiatum primarium incipiat (cujus licentiae certa exempla duo exstant apud Ar.: Ach. 47: ἀλλ' ἀθάνατος· ὁ γὰρ Ἀμφίθεος Δήμητρος ἦν et E. 315: καὶ θοἰμάτιον· ὅτε δὴ δ' ἐκεῖνο ψηλαφῶν —; tertio tamen loco Av. 108: ποδαπὼ τὸ γένος; — ὅθεν αἱ τριήρεις αἱ καλαί Dind., probatus Mein. Kockio, recte videtur scripsisse ποδαπὼ τὸ γένος δ'; cl. P. 187: ποδαπὸς τὸ γένος δ' εἶ, ubi particula quae aberat addita est a recc. edd. e R. V. Ceterum de Av. 108 v. infra). Cui legi qui adversantur loci N. 663, L. 1148, Th. 285 ubi media in oratione dipodiam vides e tribracho et anapaesto compositam, emendati sunt ab hom. doctis (v. Enger. ed. Lys. praef. p. XV. sqq.), Ach. v. 928 autem: ὥσπερ κέραμον, ἵνα μὴ καταγῇ φορούμενος manifesto spurius est (v. adn. Mülleri). Itaque in frg. 260 ἐπί scribi nequit, ut de alia praep. cogitandum sit. Jam Hermannus proposuit παρά: sane παρά c. dat. saepenumero significat „coram" (cf. E. 655: ἤν τις ὄφλῃ παρὰ τοῖς ἄρχουσι δίκην τῳ. 870. Lys. XXIII. 3. Thuc. I. 28, 2: δίκας ἤθελον δοῦναι παρὰ πόλεσιν, αἷς ἂν ἀμφότεροι ξυμβῶσιν. 73, 1: οὐ γὰρ παρὰ δικασταῖς ὑμῖν οἱ λόγοι ἂν γίγνοιντο — v. Fried. Rau de praep. παρά usu in Curtii Stud. in gram. gr. et lat. III. 2. p. 40 sq.) at de arbitro,

coram quo causa agitur, plerumque dicitur *πρὸς τῷ διαιτητῇ* (cf. Dem. XXII. 28. XXXIX. 22. XXXXIX. 19. Lys. X. 6 ubi v. Frohberg. in append. p. 156 sq. — raro *ἐπὶ τοῦ διαιτητοῦ*: Isae. XII. 9). Itaque quum res prorsus e nostro pendeat arbitrio, *πρός* praeferendum est; neque tamen pro *ἑνί* scribendum est *τινι*: nam *ἑνί* h. l. propria sua vi videtur accipiendum esse de unico arbitro: plerumque enim arbitri privati tres solebant eligi (v. Frohb. ad Lys. XXXII. 2. — Cf. etiam Dem. XXIII. 14: *ἐπιτρέπουσιν ἑνὶ διαιτητῇ κοινῷ Φωκρίτῳ*. — De formula *πρόδικον δίκην δοῦναι* v. Fritzsch. quaest. Ar. p. 263). Neque omnino necesse est *ἑνί* h. l. mutetur in *τινι*: Attici enim *εἷς* addito gen. partitivo (h. l. *τῶν φίλων τῶν σῶν*) saepenumero etiam ita usurparunt, ut prope accedat ad vim pron. indef. *τις* (cf. Isae. III. 37: *ξενίας φεύγων ὑπὸ ἑνὸς τῶν φρατόρων* — v. supra §. 33 p. 57).

35 L. 1161 sqq.

ΛΥΣ. τί δ' οὐ διηλλάγητε; φέρε τί τοὔμποδών;
ΛΑΚ. ἁμές γε λῶμες, αἴ τις ἁμὶν τοὔγκυκλον
λῇ τοῦτ' ἀποδόμεν. ΛΥΣ. ποῖον ὦ τᾶν;
ΛΑΚ. τὰν Πύλον
ἅσπερ πάλαι δεόμεθα καὶ βλιμάδδομες.
ΑΘΗΝ. μὰ τὸν Ποσειδῶ τοῦτο μέν γ' οὐ δράσετε.

Haec postrema verba Atheniensis Pylum Lacedaemoniis redditurum se esse negantis manifesto corrupta sunt: sententia enim unice haec esse debet: *οὐκ ἀποδοθήσεται ὑμῖν ἡ Πύλος*. Frustra autem Dindorf., secutus Heindorfium ad Pl. Soph. p. 403, *δρᾶν* h. l. non ad actionem, sed ad *πάθος* referendum esse censet quod exemplis non comprobatur. Nam v. 1089 sq. *ἦ που πρὸς ὄρθρον σπασμὸς ὑμᾶς λαμβάνει;* | — *μὰ Δί' ἀλλὰ ταυτὶ δρῶντες ἐπιτετρίμμεθα*. — Reiskius („non satis intelligo *ταυτὶ δρῶντες* — an pro *οὕτω διακείμενοι, τοιάδε πάσχοντες?*"), Dindorf. Engerus („i. e. *πάσχοντες*") perperam *ταυτὶ δρῶντες* (= *ταυτὶ πάσχοντες*) ad verba *σπασμὸς ὑμᾶς λαμβάνει* retulerunt, statuentes ut videtur *ἐπιτετρίμμεθα* per gradationem verbo *λαμβάνει* oppositum esse, ut sit responsum recusantis et corrigentis („immo — periimus"), quae tamen oppositio quum per

se admodum frigida est et jejuna, tum nullo modo ferenda propter pron. ταυτί quod δεικτικῶς dictum est (quare concidit etiam interpretatio Kockii qui ad R. 358 e subst. σπασμός verbum σπᾶν subintelligere videtur); itaque quum ineptam interpretationem schol. Rav. συγκόπτοντες, τὰ ἱμάτια συστέλλοντες recte improbarit Engerus, ταυτὶ δρῶντες ad obscoenum aliquem gestum referendum videtur (v. P. 290. R. 545. E. 707). Deinde duos illos locos Platonis ab Heind. compositos Soph. 253 A et Phaedr. 268 C aliter se habere facile apparebit sententiarum nexum accuratius consideranti (ceterum altero loco Phaedr. 268 C non δρᾶν legitur, sed ποιεῖν). Inepte autem addit his locis Pflugk. ad Eur. Alc. 71 (ubi potius excidisse aliquid conjiciendum videtur e verbis schol.) Soph. Tr. 413: τί ποτε ποικίλας ἔχεις; -σὺ τοῦτο δρῶν κυρεῖς — sc. ποικίλλων — et Ar. Pl. 1205: καὶ μὴν πολὺ τῶν ἄλλων χυτρῶν τἀναντία | αὗται ποιοῦσιν — nam longe alia ratio est verbi ποιεῖν (et πράττειν): Graeci enim et saepe dicunt πάσχειν ubi possent etiam ποιεῖν vel πράττειν (cf. Eq. 515. 864. N. 234. 662. 791. 798. 816. 1198. V. 1014. Av. 1044. 1432. L. 884. E. 860. Pl. 603) et πράττειν vel ποιεῖν ubi eodem jure dixeris πάσχειν (cf. N. 920. Av. 604. εὖ πράττειν, κακῶς πρ. sim. Teuffel. ad N. 234. Passow. II. 1. p. 1065. Add. P. 1054 sq. ἡ κέρκος ποιεῖ | καλῶς „cauda bene se habet." Hdt. I. 142: οὔτε τὰ ἄνω χωρία τὠυτὸ ποιέει τῇ Ἰωνίῃ οὔτε τὰ κάτω, τὰ μὲν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ πιεζόμενα, τὰ δὲ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ). Neque vero idem valet de v. δρᾶν: nullo modo verba δρᾶν et πάσχειν inter se poterant permutari, quae quidem inde ab Homero saepissime inter se opposita inveniuntur, nonnumquam proverbiali fere vi (cf. Hom. ϑ 490. Soph. O. T. 1272. O. C. 267. 272. Phil. 672. Eur. Andr. 731. Bacch. 793. Heracl. 424. Phoen. 480. Ar. L. 1041: οὔτε δράσω φλαῦρον οὐδὲν οὔθ' ὑφ' ὑμῶν πείσομαι. Th. 519: οὐδὲν παθοῦσαι μεῖζον ἢ δεδράκαμεν. Thuc. II. 40, 4. Antiph. or. III. β. 6.). Jam L. 1165 δράσετε (ut mittam ridiculam conj. Bothii θράξετε = ταράξετε) Cobetus facili negotio mutari jussit in δράσομεν probatus Bergkio et Mein. In Vind. tamen (p. 139) Mein. δράσετε fortasse servari posse censet personarum vicibus ita

distinctis: *ΑΘΗΝ. μὰ τον Ποσειδῶ τοῦτο μέν γ' — ΛΥΣ. οὐ δράσετε; | ἄφετ' ὠγάθ' αὐτοῖς.*, ut cunctabundi Atheniensis orationem interpellet Lys. At minime cunctanter illa dicit Atheniensis, sed potius summa confidentia recusat quod Lacedaemonius petivit: quod apparet quum e particulis *μέν γε* quibus *τοῦτο* vel maxime effertur (quarum de particularum conjunctione v. Wehr. de part. nonnullarum apud Ar. usu. Diss. Gott. 1869. p. 18. A. de Bamberg. exerc. crit. in Ar. Pl. Progr. schol. Berol. 1869 p. 4 sq. Cf. Ach. 154. N. 1172. 1382. V. 564. Av. 612. 1136. 1608. L. 589. 720. 1165. R. 290. E. 60. Pl. 665. 701), tum ex addita obtestandi formula *ἀπωμοτικῇ* (*μὰ τὸν Ποσειδῶ*) qua qui utitur summa cum vi aliquid negat vel recusat (cf. *μὰ τὸν Ποσ.*: Eq. 338. 409. 843. V. 163. E. 748. *μὰ τὸν Ἀπόλλω*: Ach. 59. 101. Eq. 14. 870. 1040. N. 732. V. 1366. P. 16. 615. Av. 263. 439. L. 917. 938. 942. Th. 269. 748. R. 508. 951. Pl. 987 [neutram formulam vides in frg. com.]. *μὰ τὸν Διόνυσον*: N. 108. P. 109. E. 344. Alexid. 190. *μὰ τὸν Ἡρακλῆ*: V. 757. *μὰ Δία, μὰ τὸν Δία*: v. Ind. Ar. Meinek. p. 358 et Ind. com. dict. p. 593 sq. *οὐ τὸν Δία* om. *μά*: L. 986. 990 (dor.). *μὰ τὸν —*: R. 1374. *μὰ τὴν Ἀφροδίτην*: L. 208. 252. 749. E. 999. Pl. 1069. Phoenicid. 4. *μὰ τὴν Δήμητρα*: Ach. 708. Eq. 435. 461. 698. 812. 1021. N. 121. V. 1442. L. 271. Th. 225. R. 42. 667. 1222. Pl. 64. 364. anon. 44. *μὰ τὴν Ἑκάτην* Pl. 1070. *μὰ τὸν κύνα*: V. 83. *μὰ τὴν γῆν*: P. 188. Ind. com. p. 268. *μὰ γῆν, μὰ παγίδας, μὰ νεφέλας, μὰ δίκτυα*: Av. 194. *μὰ τὰς κερχνῇδας*: Av. 1335. *μὰ τὴν Ἀναπνοήν, μὰ τὸ Χάος, μὰ τὸν Ἀέρα*: N. 627. *μὰ τὴν Ὁμίχλην*: N. 814. *μὰ τοὺς θεούς*: Eq. 185. 235. N. 1239. V. 26. *μὰ τὼ θεώ*: V. 1396. Th. 383. 566. 719. 897. E. 155. 156. 532. Add. Ind. com. p. 593 sq.). Itaque *δράσετε* quum nullo modo ferri possit, corruptum judicandum est: neque tamen scripserim *δράσομεν*, sed potius *πράξετε* (*ΠΡΑΧΣΕΤΕ*) ut Atheniensis dicat: „hoc quidem (sc. ut Pylus vobis reddatur) non efficietis, non impetrabitis", qua de vi verbi *πράττειν* cf. R. 1414: *οὐδὲν ἄρα πράξεις ὧνπερ ἦλθες εἵνεκα;* P. 1085: *οὐδ' ἐπὶ τῷ πραχθέντι* [*ἐπὶ τῷ γενέσθαι τὴν εἰρήνην*] *ποιήσεις ὕστερον οὐδέν.* (Eq. 1248:

πέπρακται τοῦ θεοῦ τὸ θέσφατον: „oraculum ratum factum est, eventum habet“ Dind.; Kock. conj. *κέκρανται,* Mein. *πεπέρανται*: cf. V. 799). Pind. J. IV. (V.) 10: *κλέος πράσσειν* „impetrare“. S. Aj. 446: *ὅπλα πρ. τινί.* Plut. Cic. 33: *κάθοδον πρ.* (cf. Soph. Phil. 1399). Isocr. p. 19 A: *παρὰ τῶν θεῶν ἀγαθόν* „impetrare“. Passow. II. 1. p. 1063. —

Occasione oblata observare liceat e formulis illis *ἀπω-* 36
μοτικαῖς quas §. 35 enumeravi omnibus unam solam *μὰ Δία* apud Ar. etiam in enuntiatis affirmativis (*ἐπὶ κατωμοτικοῦ*: schol. Pl. 187) exstare addita particula *ναί*: at tamen Ar. *ναὶ μὰ Δία* 12ies (13ies) tantum dixit: Ach. 88. Eq. 280. 338. V. 134. P. 416. 930. L. (87 ex em. Mein. Vind. p. 118) 1181. R. 189. E. 551. 786. Pl. 187. 890 — quum *νὴ Δία* 149 locis videas, *νὴ τὸν Δία* 67ies —, et quidem plerumque (8ies) numeris coactus, semel oppositionis causa Eq. 338: *οὐκ αὖ μ' ἐάσεις; — μὰ Δία. — ναὶ μὰ Δία. — μὰ τὸν Ποσειδῶ,* denique ter ita ut per numeros etiam *νὴ Δία* locum habeat: Ach. 88. P. 930. E. 551. In frg. com. non solum *ναὶ μὰ Δία* vides (Alcae. 26. Eubul. 122. anon. 406) et *ναὶ μὰ τὸν Δία* (Eup. 257), sed etiam *ναὶ μὰ τὸν Ἀπόλλω* Men. 732 (ex em. Mein.), *ναὶ μὰ τὰς Νύμφας* Eupol. 79. *ναὶ μὰ τὰς κράμβας* Eupol. 79. Telecl. 25. *ναὶ μὰ τὴν ἀμυγδαλῆν* Eupol. 73. — Addo alteram quae quidem de omnibus comicis valet observationem usus dicendi. Quum enim obtestandi formulis *κατωμοτικαῖς* Ar. usus sit his [v. Ind. ed. Mein.]: *νὴ τὸν Ἀπόλλω, νὴ τὸν Διόνυσον, νὴ τὸν Ἑρμῆν, νὴ Δία, νὴ τὸν Δία, νὴ τὸν Ἡρακλῆ, νὴ τὸν Ποσειδῶ* (*ναὶ τὸν Διοκλέα* Ach. 774. *ναὶ τὸν Ἰόλαον* Ach. 867. *ναὶ τὸν φίλιον* Ach. 732, cf. *νὴ τὸν φίλιον* Pherecr. 92), *νὴ τὴν Ἀφροδίτην, νὴ τὴν Δήμητρα, νὴ τὴν Ἑκάτην, νὴ τὴν Πάνδροσον* (L. 439), *νὴ τὴν Ἀθηναίαν* (P. 218: cf. Mein. Vind. p. 40), *νὴ τοὺς θεούς* (constanter addito articulo [nusq. *νὴ θεούς*]: Ach. 776. Eq. 195. N. 781. 1108. 1272. Av. 150. 1026. 1166. Th. 72. R. 152. 930. 980. Pl. 74. 234. 287. 343. 380. 394. 412. 685. Dionys. frg. 2. Henioch. 4. Men. 190, pariter atque *μὰ τοὺς θεούς*: Eq. 185. N. 1239. V. 26. Anaxandr. 3 (*καὶ τὰς θεάς*). Timocl. 9. Philem. 68. 100. 130. Straton. 1. *μὰ τοὺς δώδεκα θεούς*: Eq. 235 [at

Alexid. 240: *μὰ τὴν Ἀθηνᾶν καὶ θεούς* om. art.], *νὴ τὼ θεώ*: L. 51. 113. 148. 452. 683. 731. Th. 875. 916. Pl. 1006. Pherecr. 67. 113. Alexid. 162, *νεὶ τὼ θεώ:* Ach. 905, *ναὶ τὼ σιώ:* P. 214. L. 81 [Reisig. Synt. cr. p. 17 sq.]. 86. 90. 142. 983. 1095. 1105. 1174. 1180, *μὰ τὼ θεώ:* V. 1396. Th. 383. 566. 719. 897. E. 155. 156. 532. *οὐ τὼ σιώ* om. *μά*: L. 1171 [cf. *οὐ τὸν Δία*: L. 986. 990]), *νὴ τοὺς κονδύλους* Eq. 411, *νὴ τὸν Ἀέρα* N. 667, *νὴ τὸν οὐρανόν* (sola in Pl. fabula: 129. 267. 366. 403. 1043: nusquam in frg. vet. com., sed singulis med. et novae com. frg. locis: Timocl. 13. Philippid. 28), praeter quas formulas in cett. com. frg. vides etiam: *νὴ τὴν Ἑστίαν:* Antiph. 182. Eubul. 62. *νὴ τὴν Φωσφόρον*: Antiph. 58. *νὴ τὴν Ἄρτεμιν*: Eriph. 2. *νὴ τὴν Ἀθηνᾶν*: Nicostr. 28. Alexid. 195. Philem. 75. Men. 460. *νὴ τὸν θεόν*: Philem. 104. *νὴ τὸν ἥλιον*: Alexid. 241. Arched. 3. — communi consuetudine comici ex his obtestandi formulis *κατωμοτικοῖς* omnibus unam solam *νὴ Δία*, licet admodum raro, etiam in enuntiatis negativis admiserunt: Ar. N. 217: *ἀλλ' οὐχ οἷόν τε νὴ Δί'. — οἰμώξεσθ' ἄρα.* Th. 640: *νὴ Δία — τιτθοὺς οὐκ ἔχει* (ubi per numeros etiam *μὰ Δία* locum habet), Diphil. 32, 25: *κίχλην γε νὴ Δί' οὐκ ἔτι ἔστιν ἰδεῖν.* Antiphan. 158, 6: *μεῖζον κακὸν οὐκ ἔστιν οὐδὲν νὴ Δία.* Philetaer. 4: *Πηλεὺς δ' ἐστὶν ὄνομα κεραμέως — ἀλλ' οὐ τυράννου νὴ Δία* (*μὰ Δία* Ar. dixit 117ies, cett. com. 12ies, *μὰ τὸν Δία* Ar. 35, cett. 8 locis). Sine ulla causa igitur et hoc postremo loco Mein. in ed. min. *μὰ Δία* scripsit et N. 217 Cobet. (Mnem. I. 419) *νὴ Δί'* conjungi jussit cum eis quae sequuntur: *ἀλλ' οὐχ οἷόν τε. — νὴ Δί' οἰμώξεσθ' ἄρα.* Ceterum hujus observationis id tantum mihi vindicarim, quod demonstravi hanc licentiam una sola in formula *νὴ Δία* comicos communi consuetudine admisisse, quod disertis verbis monuerunt neque Brunck., qui in Ind. s. *νή* (p. LVIII. vol. I. ed. Bekkeri) de Ar. usu dicit: „*νή* semper affirmat, tametsi quandoque negationi junctum occurrit, ut N. 218. Th. 640", neque Kock. in adn. ad N. 217 (ed. III. — cf. Verisim. p. 256), qui (neglecto ut videtur Brunckio) tres illos cett. com. locos addidit. —

Per anacoluthiam quamdam Attici nonnumquam nom. 37
participii absolute ponunt, quum subjecto enuntiati primarii, sive sequentis sive antecedentis, diverso aut gen. absol. exspectaris aut casum e praed. enuntiati primarii suspensum (v. Krüg. I. 56. 9. n. 4. 45. 2. n. 2 et 3. II. 45. 1. n. 1 et 2. Valcken. ad Eur. Hipp. 23. ad Phoen. 292. Elmsl. ad Ar. Ach. 334: „Atticum *σχῆμα σολοικοφανές*, in quo post rectum participii casum statim sequitur verbum ad diversam personam spectans". Elmsl. ad Eur. J. T. 663. Herm. ad Eur. J. T. 708. Mein. Com. IV. praef. p. X. Nauck. Stud. Eur. I. 24. Peipers qu. cr. de Pl. Legg. p. 92.). Hujus usus dicendi 8 apud Ar. exstant exempla (ubique antecedit nom. absolutus): a) ubi exspectaris gen. absol.: 1) Ach. 24 sqq.: *οὐδ' οἱ πρυτάνεις ἥκουσιν, ἀλλ' ἀωρίαν* | *ἐλθόντες, εἶθ' οἴδ' ὠστιοῦνται* — | — *περὶ τοῦ πρώτου ξύλου* (v. supra p. 5 sq.). 2) P. 931 sqq.: *ἀλλὰ τοῦτό γ' ἐστ' Ἰωνικὸν* | *τὸ ῥῆμ'. — ἐπίτηδες οὖν, ἵν' ἐν τἠκκλησίᾳ* | *ὡς χρὴ πολεμεῖν λέγων τις, οἱ καθήμενοι* | *ὑπὸ τοῦ δέους λέγωσ' ἰωνικῶς ὀί* (ex em. Bergleri et Elmsl., soli Dindorfio probata; R. V. vulg. *ἐπίτηδές γ'* om. *οὖν*, R. vulg. *λέγει*, V. *λέγοι* — v. adn. crit. Richteri, Mein. Vind. p. 47). 3) R. 1437 sq.: *εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίᾳ* | *αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα*. 4) Ach. 1182 sq.: *πτίλον δὲ τὸ μέγα κομπολακύθου πεσὸν* | *πρὸς ταῖς πέτραισι, δεινὸν ἐξηύδα μέλος* „quum penna cecidisset ad saxa, (Lamachus) horrendum edidit carmen". 5) Pl. 277 sq.: *ἐν τῇ σορῷ νυνὶ λαχὸν τὸ γράμμα σου δικάζειν,* | *σὺ δ' οὐ βαδίζεις, ὁ δὲ Χάρων τὸ ξύμβολον δίδωσιν* (de part. *δέ* in enuntiato primario posita v. Krüg. I. 69. 16. n. 4). 6) frg. 509: *ἀλλὰ τὸ στρόφιον λυθὲν* | *τὰ κάρυα μοὐξέπιπτεν*. — b) ubi exspectaris casum suspensum: gen. 7) Ach. 1165 sqq.: *ἠπιαλῶν γὰρ οἴκαδ' ἐξ ἱππασίας βαδίζων, εἶτα πατάξειέ τις αὐτοῦ μεθύων τὴν κεφαλὴν μαινόμενος*. dat. 8) P. 1242 sqq.: *μόλυβδον ἐς τουτὶ τὸ κοῖλον ἐγχέας,* | *ἔπειτ' ἄνωθεν ῥάβδον ἐνθεὶς ὑπόμακρον,* | *γενήσεταί σοι τῶν κατακτῶν κοττάβων*.

Hujus alterius anacoluthiae illius generis exemplum librariorum culpa obscuratum (pariter atque P. 931 sqq.) latere censeo R. 968 sq. ubi codd. praebent:

Θηραμένης; σοφός γ' ἀνὴρ καὶ δεινὸς ἐς τὰ πάντα,
ὃς ἢν κακοῖς που περιπέσῃ καὶ πλησίον παραστῇ,
πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν, οὐ Χῖος ἀλλὰ Κεῖος.

Recte quidem Kock. e conj. Velseni, quum Ven. *που* omittat (C: *κακοῖσι περιπέσῃ*), scripsit:

ὃς ἢν κακοῖς τις περιπέσῃ καὶ πλησίον παραστῇ

— nam solum *τὸ παραστῆναι* de Theramene valet, *τὸ κακοῖς περιπεσεῖν* de alio quovis ejus socio („wenn ein anderer ins Unglück gerathen ist und er — Theramenes — nahe dabei steht" Kock.). At vix ferri potest verborum particula *καί* conjunctorum *περιπέσῃ* et *παραστῇ* subjecti mutatio nullo vocabulo indicata: quae offensio facillime removetur restituto nom. absol.:

ὃς ἤν, κακοῖς τις περιπεσών, καὶ πλησίον παραστῇ,
πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν, οὐ Χῖος ἀλλὰ Κεῖος

„qui quidem si alicui in mala incidenti (*κακοῖς περιπεσόντι τινί*) vel proxime adstet, tamen ipse extra mala versatur" — ut jam *καί* significet „vel" vim adv. *πλησίον* augens.

38 R. 197 sqq. *κάθιζ' ἐπὶ κώπην. εἴ τις ἔτι πλεῖ σπευδέτω. | οὗτος τί ποιεῖς; — ὅ,τι ποιῶ; τί δ' ἄλλο γ' ἢ | ἵζω 'πὶ κώπην οὗπερ ἐκέλευές με σύ; — οὔκουν καθεδεῖ δῆτ' ἐνθαδί, γάστρων; — ἰδού.* Miror Kockium h. l. ita interpretari: „*κάθιζ' ἐπὶ κώπην*] nämlich um rudern zu helfen. Dionysos aber fasst die Worte so auf, als sollte er sich der Bequemlichkeit halber ans Ruder setzen." Immo „ambigua sunt Charontis verba *κάθιζ' ἐπὶ κώπην*, quae primum significant conside ad remum, tamquam remex qui a Graecis appellari solet *πρόσκωπος*, interdum etiam *ὁ ἐπὶ κώπῃ*" (cf. Eur. Alc. 440: *ὃς ἐπὶ κώπᾳ πηδαλίῳ τε γέρων ἵζει*); „deinde vero eadem verba significare possunt conside in remo, super remo (cf. Hdt. II. 55. VIII. 52. Matthiae gr. gr. p. 1169 ed. II.): hac igitur locutionis ambiguitate callide utitur Dionysus qui a Charonte ad remum considere remigandi causa jussus in ipso potius remo consederit" (Fritzsch.), quippe qui sit rerum navalium imperitus (203 sqq. *κᾆτα πῶς δυνήσομαι | ἄπειρος ἀθαλάττωτος ἀσαλαμίνιος | ὢν εἶτ' ἐλαύνειν;*). Hanc interpretationem (jam a schol. prolatam: *κάθιζ' ἐπὶ κώπην: ἤγουν ἐπὶ τῷ μεταχειρίζεσθαι ταύτην· ὁ δὲ*

παρανοήσας ἐ π ά ν ω *ταύτης ἐκάθισεν.* Cf. Bergler: „supra remum sedet". Dind.: Dion. super remo sedere videt Charon.") unice probandam esse manifesto docent verba Charontis (200): *οὔκουν καθεδεῖ δῆτ'* ἐ ν θ α δ ί, *γάστρων;* „nonne ergo huc consides?" i. e. ad remum, neque vero in remo — ad quae Dion. respondet *ἰδού* jam tandem ad remum considens. Significat autem ἐ π ί c. acc. apud Ar. „in summam aliquam rem" (auf): Eq. 169. N. 147. 255 (*καθίζειν ἐπὶ σκίμποδα).* 279. 1487. Av. 560. R. 130. 566. 628. frg. 129. „ad aliquam rem": R. 137. Pl. 656. V. 321. 987. R. 1365. Pl. 675. 683. 686. Ach. 866. Av. 129. R. 436. Pl. 959. 962. 1007. frg. 230 b.

E. 496 sqq. *ἀλλ' εἶα δεῦρ'* ἐ π ὶ σ κ ι ᾶ ς *ἐλθοῦσα πρὸς τὸ* 39
τειχίον παραβλέπουσα θἀτέρῳ πάλιν μετασκεύαζε σαυτὴν αὖθις ἥπερ ἦσθα. Mein. Vind. p. 194 sq. non intelligit quo sensu dictum sit ἐ π ὶ σ κ ι ᾶ ς; neque sufficere quod Brunck. dicat *ἐπί* gen. junctum motum ad locum significare: ἐ λ θ ο ῦ σ α enim cum verbis π ρ ὸ ς τ ὸ τ ε ι χ ί ο ν conjungendum esse; videri igitur poetam scripsisse ἐ π ὶ σ κ ι α ῖ ς „in umbra". At media inter δ ε ῦ ρ ο et ἐ λ θ ο ῦ σ α π ρ ὸ ς τ ὸ τ ε ι χ ί ο ν interposita verba ἐ π ὶ *σκιᾶς* nullo modo possunt non arctissime conjungi cum illis, ut nihilominus redeundum sit ad Brunckii interpretationem: „in umbram ad murum abscedunt mulieres ut ibi vestem mutent". At neglexit Brunck. usum Ar. qui quidem ἐ π ί c. gen. nusquam dixit de motu (cf. Krüg. I. 68. 40. n. 3) sed constanter de quieto statu („in summa alqa re": Ach. 70. 82. 638. Eq. 754. 771. 956. 968. 1244. N. 218. 1176. 1431. 1502. V. 68. 90. 332. P. 81. 452. 699. 896. 938. Av. 40. 41. 293. 487. 510. 515. 742. 836. L. 31. 60. 231. 232. 389. 395. 561. 575. 723. 732. 846. 923. Th. 693. R. 52. 928. E. 222. 909. Pl. 256. 382. 875. 996. 1014. 1198. frg. 49. 117. 182. 185. 198. 274. 408. „ad, apud": Ach. 602, L. 103: *ἐπὶ Θρᾴκης.* V. 288, P. 283, Av. 1369: *τἀπὶ Θρᾴκης (χωρία).* Eq. 1312: *ἐπὶ τῶν σεμνῶν θεῶν* „apud deas, in templo d." [cf. Thuc. I. 126]. „in": V. 354, 557, L. 100: *ἐπὶ στρατιᾶς.* E. 756: *ἐπὶ στοίχου.* V. 1516: *ἐφ' ἡσυχίας).* Accedit autem quod voc. *σκιά* respuit praep. ἐ π ί, requirit ut sibi propriam praep. ὑ π ό: cf. ὑ π ὸ σ κ ι ᾶ ς Eur.

Bacch. 458. ὑπὸ σκιῇ Hdt. VII. 226. ὑπὸ σκιᾷ Pl. Phaedr. 239 C. ὑπὸ σκιαῖς Xen. Oec. 20, 18. ὑπὸ σκιάν Eur. H. f. 973. ὑπὸ τὴν σκιάν (ἐκαθέζετο) Andoc. I. 38 — quo ab usu cur Ar. recesserit h. l. numeris non coactus prorsus non intellegitur. Itaque scribendum censeo: ἀλλ' εἶα δεῦρ' ὑπὸ σκιαῖς ἐλθοῦσα πρὸς τὸ τειχίον „huc sub umbram abscedens ad murum": nam etiam c. dat. ὑπό verbis movendi additur, simul quietum statum indicans qui motum excipit: cf. V. 386: ἤν τι πάθω 'γώ, ἀνελόντες τε καὶ κατακλαύσαντες θεῖναί μ' ὑπὸ τοῖσι δρυφάκτοις „sepeliatis me sub cancellis" et Th. 562: (ἡ γυνὴ) ὑπὸ τῇ πυέλῳ κατώρυξέν ποτε (τὸν ἄνδρα) [saepius tamen verba movendi etiam apud Ar. acc. adsciscunt: N. 192. 1300. P. 199. 722. L. 428. Th. 133. Pl. 735]; dat. σκιαῖς autem accusativo σκιάς propterea praetulerim, quod codd. B. Γ. praebent σκιᾷ, cett. σκιᾶς, quod utrumque ex eadem deducendum est cod. archetypi scriptura ΣΚΙΑΙΣ (ΣΚΙΑΣ — ΣΚΙΑΙ). Haud raro autem ὑπό et ἐπί permutantur a librariis: e. c. in verbis ὑπακούειν et ἐπακούειν (de quibus v. adn. Kock.): N. 263. 274. E. 515. ὑπενεγκοῦσαι L. 568 (ἐπεν. V. Δ.). ἐπαπειλοῦντες V. 670 (ὑπ. V.). — ὑμῶν ὑπακούων V. 318 (Cobet. ἐπακ., cui tamen praeferendum quod Herwerd. append. ad stud. cr. in p. scen. p. 6 conj. ὑμῶν ὄπ' ἀκούων cll. P. 400. 804).

40 Av. 339 sq. αἴτιος μέντοι σὺ νῷν εἶ τῶν κακῶν τούτων μόνος. | ἐπὶ τί γάρ μ' ἐκεῖθεν ἦγες; — ἵν' ἀκολουθοίης ἐμοί. Recte haec interpretatur Kock. „Die ironische Antwort des Peithetäros missversteht absichtlich das ἐπὶ τί der Frage des Euelpides" — afferre tamen poterat l. simillimum V. 312 sq. ubi quum pueri exclament: τί με δῆτ' ὦ μελέα μῆτερ ἔτικτες; respondet chorus patrum ironice: ἵν' ἐμοὶ πράγματα βόσκειν παρέχῃς (recte enim v. 313 choro patrum tribuit Cobet. V. L. p. 67, probatus Bergkio Mein., quum vulg. ambo versus tribuerentur choro puerorum). — Ceterum de formula ἐπὶ τί; „quo consilio, cur?" cf. N. 256. L. 480 sqq.: ὅ, τι βουλόμεναί ποτε τὴν Κραναὰν κατέλαβον ἐφ' ὅ,τι τε μεγαλόπετρον ἄβατον ἀκρόπολιν. L. 1101: ἐπὶ τί πάρεστε δεῦρο; — περὶ διαλλαγᾶν πρέσβεις (v. p. 24 sq.).

N. 494 sqq. φέρ' ἴδω, τί δρᾷς, ἥν τίς σε τύπτῃ; — 41
τύπτομαι, | ἔπειτ' ἐπισχὼν ὀλίγον ἐπιμαρτύρομαι, | εἶτ' αὖθις ἀκαρῆ διαλιπὼν δικάζομαι. Kock. dicit in adnot. „ἀκαρῆ] näml. χρόνον. Plut. 244: ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ. Anders Av. 1649. V. 541. 701." Haec mihi non probantur. Nusquam enim adj. ἀκαρής (quo primus usus est Ar., deinde e comicis Alexis, Xenarch., anon., e scriptoribus auctor Pl. Axiochi 366 C., Dem., Plut., Aretae., Luc., Alciphr., Aristid. al.) notioni temporis (χρόνος, ὥρα sim.) attributi loco additum vides (ἀκαρὴς χρόνος, ὥρα), sed ubique notio temporis gen. partitivo posita pendet ex adj. illo neutro ἀκαρές posito: cf. (ἀκαρὲς ὥρας μόριον Plut. Mor. 1062 A. ἐν ὥρας ἀκαρεῖ ῥοπῇ Euseb. V. Const. II. 12). ἀκαρὲς ὥρας Plut. Anton. 28. ἀκαρὲς χρόνου Plut. Symp. IV. 670 C. ἐν ἀκαρεῖ (τοῦ) χρόνου Luc. Tim. 23 (cf. 3) [v. Hemsterh. ad Luc. vol. I. p. 105. Reiz. Lex. Luc. p. 15]. Alciphr. III. 56. Aristid. XXXIV. p. 439 (146). ἐν ἀκαρεῖ χρόνου καὶ ὥρας Plut. Mor. 75 C. ἐν ἀκαρεῖ τῆς νυκτὸς οὔσης Luc. Philopatr. 21. (absol. ἐν ἀκαρεῖ „puncto, brevissimo momento temporis, repente, subito" Luc. Asin. 37. Scyth. 8. οὐδ' ἀκαρές „ne punctum quidem temporis" Plut.; ἐπ' ἀκαρές „in momentum temporis" Aretae.). Cf. Valcken. ad Ammon. I. 4. Koen. ad Gregor. Cor. p. 34. Itaque Ar. Pl. 244: γυμνὸς θύραζ' ἐξέπεσον ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ Dind. (poet. scen.) et Mein. recte dat. χρόνῳ mutarunt in gen. χρόνου, quem praebent Etym. M. Gaisf. 45, 26 et Alciphr. III. 56 qui h. l. manifesto imitatur: ἀνάγκη σε γυμνὸν τῆς οἰκίας θύραζε ἐν ἀκαρεῖ χρόνου ἐκβληθέντα ἐκπεσεῖν. N. 496 autem: ἐπισχὼν ὀλίγον ἐπιμαρτύρομαι, εἶτ' αὖθις ἀκαρῆ διαλιπὼν δικάζομαι non subintelligendum est χρόνον neque ad ἐπισχὼν ὀλίγον neque ad ἀκαρῆ διαλιπών, sed utrumque adj. accipiendum est pro neutro absolute posito, ὀλίγον singularis, ἀκαρῆ pluralis (cf. Thuc. V. 10, 11: οὐ πολὺ διαλιπὼν ἐτελεύτησε „haud ita multo post" = οὐ πολὺν χρόνον, ὀλίγον χρ., χρόνον διαλιπών: Pl. Epist. VII. 345 C. Phaed. 118. Isocr. de pace 10. Pl. Phaed. 117 E), pariter atque ceteris 3 locis Ar.: Av. 1649: τῶν πατρῴων οὐδ' ἀκαρῆ μέτεστί σοι (= οὐδὲ μικρόν, ὀλίγον schol.; cf.

anon. frg. 4: *οὐδ' ὅσον ἀκαρῆ τῆς τέχνης ἐπίσταμαι*). V. 541: *οὐκέτι πρεσβυτῶν ὄχλος χρήσιμός ἐστ' οὐδ' ἀκαρῆ* (schol. *οὐδέ βραχύ, οὐδὲ τὸ τυχόν*). V. 701: *πόλεων ἄρχων πλείστων οὐκ ἀπολαύεις πλὴν τοῦθ' ὃ φέρεις ἀκαρῆ* [Brunck. e Suid. s. v. scripsit *ἀκαρές*] (schol., Ammon. diff. voc. p. 10: *βραχύ*; cf. Xenarch. 7: *τοῦ μὲν ἀκαρῆ παντελῶς | κατέχεε, κατὰ τῶν ἰχθύων δ' ἁπαξάπαν* sc. *τὸ ὕδωρ*, ubi quum Athenaei VI. 225 C cod. B praebeat *ἀκαρεῖ*, C *ἀκαρεί*, Mein. cogitavit de adv. *ἀκαρί*, sine causa me judice: eodem modo enim Ar. N. 496 pro *ἀκαρῆ διαλιπών* codd. dett. pauci praebent partim *ἀκαρεῖ* [Dobr. s. Harl. 5, Mut. a], partim *ἀκαρεί* [Mut. b., Leid. Ernestii] et Av. 1649 pro *οὐδ' ἀκαρῆ μέτεστί σοι* edd. vett. paucae [Junt. II. Gel. Port. Lugd. Amst.] *ἀκαρεῖ*; adde quod V. 541 et 701 Rav. habet *ἀκαρῆι* pro *ἀκαρῆ*). Ceterum *οὐδ' ἀκαρῆ, μηδ' ἀκαρῆ* dixerunt etiam Dem. L. p. 674 et Luc. Denique in frg. com. ter vides *ἀκαρῆς* praedicative positum, ut referatur ad subj. enuntiati, significans „propemodum": Alexid. 142: *ἀκαρὴς πεφιλιππίδωσαι.* Men. 746: *ἀ. παραπόλωλας.* anon. 5: *ἀ. κατέπεσον* — quod idem significant *παρ' ἀκαρῆ* (≐ *παρὰ βραχύ*) ap. Pl. Axioch. 366 C et simpliciter *ἀκαρῆ* ap. Alciphr.

51 E. 404 sqq.: *τί δαί μ' ἐχρῆν δρᾶν; — σκόροδ' ὁμοῦ τρίψαντ' ὀπῷ | τιθύμαλλον ἐμβαλόντα τοῦ λακωνικοῦ | σαυτοῦ παραλείφειν τὰ βλέφαρα τῆς ἑσπέρας.* Miror neque Meinekium neque A. de Bamberg qui de h. l. disputaverunt (Vind. p. 193 — Z. f. d. Gym. W. XX. 1866 p. 223) offendisse in gen. *σαυτοῦ*, quippe qui manifesto adversetur legi illi sermonis Graeci, qua genetivi pron. reflexivi, nisi forte partitiva vi accipi possunt, collocantur attributi instar aut inter articulum et nomen aut post nomen iterato articulo. Cf. Krüg. I. 47. 9. n. 12. II. 47. 9. n. 6 qui h. l. neglecto P. 880: *εἰς Ἴσθμια | σκηνὴν ἐμαυτοῦ τῷ πέει καταλαμβάνω* scribi jussit *ἐμαυτῷ τῷ πέει*, prorsus neglectus a recc. edd. omnibus. Eadem ratione procul dubio E. 406 scribendum est *σαυτῷ παραλείφειν τὰ βλέφαρα* (antecedit dat. 402: *ὅς αὐτὸς αὑτῷ βλεφαρίδ' οὐκ ἐσώζετο*): et praebent dativum edd. ante Invern. et codd. (A. B. Γ.) praeter unum Rav., e quo Inv. primus gen. *σαυτοῦ* (quem vides etiam ap. Suid. s. *γλάμων*) recepit, ortum manifesto librarii errore e pari exitu verborum quae antecedunt *τοῦ λακωνικοῦ*. — Tertio loco Ar., qui legi illi adversatur, frg. 488: *ἄγε νυν τὰς ἀμυγδαλᾶς λαβὼν | τασδὶ κάταξον τὴν κεφαλὴν σαυτοῦ λίθῳ* (Bergk. Mein. *τῇ κεφαλῇ* e conj. Dobraei, contra quam disputat Fritzsch. ad Th. 1011) Krüg. II. 47. 9. n. 6 pro *σαυτοῦ* proposuit *σύ σου*, quod tamen minus placet: ubi enim pron. ad subj. enuntiati refertur, reflexivo opus est, nisi forte pronomini aliqua vis tribuitur, ut in opposito (cf. Krüg. I. 51. 2. n. 1; neglexit h. usum etiam Mein. E. 406 conjiciens *σοῦ περιαλείφειν τὰ βλέφαρα* et Av. 658, ubi *τούτους ἄγων μετὰ σαυτοῦ* [cf. V. 1004: *σε- ἄγων μετ' ἐμαυτοῦ*], quum R. et Suid. praebeant *σοῦ*, C *τοῦ σοῦ* in *ἄγων μετὰ σοῦ νῦν* mutavit e conj. Köchlyi); itaque malim aut *σαυτῷ*, aut *τὴν κεφαλὴν τὴν σήν* (s. *τῇ κ. τῇ σῇ*), ut statuatur *τὴν σήν* (s. *τῇ σῇ*) propter homoioteleuton excidisse (ut e. c. Pl. 914 *τοῖς* inter *νόμοις* et *κειμένοις* in R. V., N. 270 *ἱεραῖς* post *κορυφαῖς* in V., N. 800 *τῶν* post *εὐπτέρων* in R., N. 1006 *λευκῷ* post *καλάμῳ* in R.

V.), deinde *σαυτοῦ* versus redintegrandi causa additum esse ab interpolatore. — Ceterum totidem 3 Ar. locis pron. refl. 3. pers. *αὐτοῦ* contra legem illam collocatam vides: N. 516. 905. Av. 475 (v. de his ll. Krüg. l. c. n. 7).

Contra genetivi pron. pers. *ἐμοῦ* (*μου*) *σοῦ αὐτοῦ ἡμῶν ὑμῶν αὐτῶν* gen. partitivi instar nomini cum art. conjuncto aut anteponuntur aut postponuntur (ubi nomen pendet e praep., pron. aut praepositioni antecedit: cf. Eq. 910: *μου πρὸς τὴν κεφαλήν.* V. 8. 713. N. 466. V. 394. Ach. 646. V. 487, aut nomini postponitur: Ach. 866 *ἐπὶ τὴν θύραν μου* [sic Bekk. solus, fortasse e Rav., cett. *μοι*]. Pherecr. 88: *πρὸς τῇ κεφαλῇ μου*), interponuntur nonnumquam ubi articulum excipit vocabulum aliquod, adv. s. particula: cf. R. 485: *εἰς τὴν κάτω μου κοιλίαν.* Av. 1110: *τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας.* L. 168: *τὼς μὲν ἁμῶν ἄνδρας.* Krüg. I. 47. 9. n. 16. II. ibid. n. 5 (L. 416: *τῆς μου γυναικός* recte transposuit Mein.: *μου τῆς γ.*, Krüg. l. c. conj. *μοι* cl. Pl. Phaedr. 236 E: *ὁ δέ μοι λόγος ὅρκος ἔσται*). — Neglexit autem hanc quae de gen. pron. pers. collocatione valet legem G. Hermannus, qui quidem Eq. 503 sq. verba *ὑμεῖς δ' ἡμῖν πρόσχετε τὸν νοῦν* | *τοῖς ἀναπαίστοις* quum dimetris anap. nullus hic locus sit, ad unum tetram. contraxit ita ut scriberet: *ὑμεῖς δ' ἡμῖν πρόσχετε τὸν νοῦν καὶ τοῖς ἡμῶν ἀναπαίστοις.* Meinekio, qui vitium non perspexisse videtur, displicet *ἡμῖν καὶ τοῖς ἡμῶν ἀναπαίστοις*, quare conj. (Vind. p. 57) *χαίροντες τοῖς ἀναπαίστοις*: at cf. de figura illa quae vocatur *ἓν διὰ δυοῖν* N. 561: *ἢν δ' ἐμοὶ καὶ τοῖσιν ἐμοῖς εὐφραίνησθ' εὑρήμασιν.* Eq. 803: *ὑπὸ τοῦ πολέμου καὶ τῆς ὁμίχλης* (*νέφος πολέμοιο* P. 1090. Hom. *P* 243). 811: *πρὸς Ἀθηναίους καὶ τὸν δῆμον.* 1310: *ἐκ πεύκης καὶ ξύλων.* Pl. 334: *τῇ βαδίσει καὶ τῷ τάχει.* Teuffel. ad N. 13. Itaque scripserim: *ὑμεῖς δ' ἡμῖν πρόσχετε τὸν νοῦν τοῖς θ' ἡμετέροις ἀναπαίστοις*, ut *θ' ἡμετέροις* statuatur propter homoioteleuton excidisse.

P. 386 sqq. Chorus commonefacit Mercurium pristino- 52
rum sacrificiorum his verbis: *μηδαμῶς ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ* (sc. *λακήσῃς*: 382) — *εἴ τι κεχαρισμένον χοιρίδιον οἶσθα παρ' ἐμοῦ γε κατεδηδοκώς, τοῦτο μὴ φαῦλον νομίζων ἐν τοιούτῳ πράγματι.* Offendit in gen. *παρ' ἐμοῦ* Cobetus dat. *ἐμοί* restitui

jubens, quod fecit Mein. Sane Pl. 1120 ipse Mercurius dicit *πρότερον εἶχον παρὰ ταῖς καπηλίσιν πάντ' ἀγάθ' ἕωθεν εὐθύς, ὅσ' εἰκός ἐστιν Ἑρμῆν ἐσθίειν* i. e. „hospitaliter exceptus apud cauponas" — at nihilominus gen. loco de quo agitur optime se habet. Dixit enim poeta *χοιρίδιον οἶσθα παρ' ἐμοῦ κατεδηδοκώς* praegnanti quadam brevitate ita, ut *κατεδηδοκώς* contineat simul vim accipiendi = *παρ' ἐμοῦ λαβὼν* s. *δεξάμενος κατεδηδοκώς* = „porcellum a me acceptum" (i. e. sacrificatum) — qua eadem ratione *παρά* c. gen. usurpavit L. 562: *ἄνδρα φυλαρχοῦντ' εἶδον ἐς τὸν χαλκοῦν ἐμβαλλόμενον πῖλον λέκιθον παρὰ γραός* (sc. *πριάμενον*) „pultem emptum ab anu" et Av. 982: *χρησμὸς ὃν ἐγὼ παρὰ τἀπόλλωνος ἐξεγραψάμην* (sc. *λαβών*) „oraculum ab Apolline acceptum".

53 Av. 1189 sq. *πόλεμος αἴρεται, πόλεμος οὐ φατὸς | πρὸς ἐμὲ καὶ θεούς:* Kock. quum in 1. ed. h. l. perperam interpretatus sit ita: „der Krieg erhebt sich (als Person gedacht) gegen beide, gegen Vögel und Götter" jam in 2. ed. (1876) intellexit sententiam hanc potius esse: „der Krieg wird erhoben gegen die Vögel (von den Göttern) und gegen die Götter (von den Vögeln)". Neglexit tamen diserte monere poetam structura illa primo obtutu satis mira circumscripsisse notionem praep. „inter" („bellum exardescit inter nos et deos") cui quae respondeat lingua Graeca non habet (cf. Pl. Crat. 403 D: *ἵνα μὴ μαχώμεθα ἐν τοῖς λόγοις ἐγώ τε καὶ σύ* „inter nos").

54 Av. 1519: *ὡσπερεὶ Θεσμοφορίοις νηστεύομεν ἄνευ θυηλῶν*: interpretes monere poterant haec praegnanti quadam brevitate dicta esse pro (*ἅτ'*) *ὄντες ἄνευ θυηλῶν*, dictione praepositionali vicem gerente enuntiati causalis — „jejunium agimus quum careamus sacrorum primitiis"; similiter L. 143: *χαλεπὰ γυναῖκας ὑπνῶν ἐστ' ἄνευ ψωλᾶς μόνας.* Cf. e carminibus theotiscis: Wolfr. Parc. 466, 19: vinster âne schîn. Nib. 1310, 4: blôz âne kleit. Walth. 7, 23: frîe rose sunder dorn.

55 R. 545 sqq. *οὗτος δ' ἅτ' ὢν αὐτὸς πανοῦργος εἶδε κἆτ' ἐκ τῆς γνάθου πὺξ πατάξας μοὐξέκοψε τοὺς χοροὺς τοὺς προσθίους.* Kock. *αὐτός* interpretatur „jam per se ipse, auch

ohnedies", commendans tamen quodammodo quod conj. Bergk. probatus Mein. *καὐτός*. Sane pron. *αὐτός* simillimo intellectu („injussu, sponte") usurpavit Ar. Pl. 965: *ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ἐξελήλυθα*. 1169. Th. 66 (= *αὐτόματος* 1190. L. 431). L. 1125, at loco de quo agitur quum inter se opponantur potius indoles et actio singularis, *αὐτός*, quo quis opponitur alii, ferri nequit: flagitatur potius sententia quod satis exigua mutatione restitui potest adv. *πάντως* „omni modo, prorsus, omnino": cf. Pl. 273: *πάντως γὰρ ἄνθρωπον φύσει τοιοῦτον εἰς τὰ πάντα ἡγεῖσθέ μ' εἶναι;* in enuntiatis negativis: P. 1147. E. 604. 704; (= certe, utique, jedenfalls", ubi notum quoddam atque certum profertur argumentum: Ach. 956. Eq. 232. 799. V. 603. Av. 935. L. 495. Th. 805. 851. 984. 1012).

Pl. 1126: *οἴμοι πλακοῦντος τοῦ 'ν τετράδι πεπεμ-* 56
μένου: miror prorsus neglectam ac ne commemoratam quidem esse ab edd. omnibus (etiam a Mein. Vind. p. 224) emend. Elmsleji (ad Ach. 343) praep. *ἐν* deleri jubentis: solet enim simplici dativo significari quo mensis die aliquid fiat (v. Krüg. I. 48. 2. n. 1): cf. *τῇ πανσελήνῳ*: Ach. 84. *τῇ νουμηνίᾳ*: N. 1191, 95, 96. Theopomp. 47. *ταῖς νουμηνίαις*: Ach. 999. *ἕνῃ τε καὶ νέᾳ:* N. 1127. 1197. *τετράς — τῇ δέ*: Hesiod. Op. 795. *τετράδι*: id. 809. 819. *τῇ τετράδι:* Men. 309. — Hesych. s. *τετράδι μέντ' οἴχου*; proverb. *τετράδι γέγονας:* Plat. 207. Aristonym. 6. Amips. 33. Sannyr. 7. Vit. Ar. p. XXVII a. Schol. Plat. Bekk. p. 331. Zenob. VI. 7. Suid. s. v. Mein. ad Men. frg. p. 110; add. *τῇ τριακάδι*: schol. N. 1196.

E. 65 sq. *κἄγωγε. τὸ ξυρὸν δέ γ' ἐκ τῆς οἰκίας | ἔρριψα* 57
πρῶτον, ἵνα δασυνθείην ὅλη | καὶ μηδὲν εἴην ἔτι γυναικὶ προσφερής: Mein. Vind. p. 185 offendit in voc. *πρῶτον:* „quum dicit *πρῶτον* se novaculam abjecisse e domo, quivis exspectet aliud illatum iri quod abjecta novacula fecisset, ut in primae mulieris oratione (60: *πρῶτον μέν γε*, 62: *ἔπειτα*) factum videmus: nihil vero infertur; itaque aut lacunosus est locus aut quod probabilius videtur scribendum *ἔρριψα πρῴην*": at hoc admodum frigidum est atque jejunum, omnis autem offensio facillime tollitur ita ut *πρῶτον* interpretemur „ante omnia" (cetera enim eadem se fecisse atque

mulierem *A*, m. *B*, quae illa dicit, indicat voc. *κἄγωγε* 65), qua de significatione cf. Eq. 50. 488. N. 78. 247. 1213. Av. 381. L. 497. E. 657. 986. 990. V. 55 (R. V. edd. recc.; *πρότερον* vulg. Mein.) — N. 507 (Ven.; R. cett. *πρότερον* = *πρὸ τοῦ καταβαίνειν εἴσω*, quod h. l. videtur praeferendum: cf. P. 1074 ubi R. V. recc. edd. recte *πρότερον* exhibent, vulg. *πρῶτον*, quum loco respondenti 1107 omnes recte praebeant *πρότερον*); — add. *πρῶτον πρὶν λέγειν* Ach. 383. Th. 380, inverso ordine *πρὶν ἂν — πρῶτον* E. 1017 (cf. *πρότερον — πρίν* Av. 700. R. 673. E. 588. 620. 649. *πρίν — πρότερον* Eq. 761). *πρὶν — πρῶτον* dixit e. c. etiam Lysias XIII. 17: *εἵλοντο πρὶν τὴν ἐκκλησίαν γενέσθαι τούτους πρῶτον εἰς διαβολὰς καὶ κινδύνους καταστῆσαι*, ubi sine causa *πρότερον* scripserunt Westerm., Herwerd., Frohb.

58 P. 1053: *ὄπτα σὺ σιγῇ κἄπαγ' ἀπὸ τῆς ὀσφύος* (sc. *τὸν ὀβελίσκον*): in his verbis *ἄπαγε* (*τὸν ὀβ.*) quod quidem unam singularem actionem significat „remove veru", me judice adversatur sententiae loci manifesto notionem status conditionisque perpetuae flagitanti: „cave ne lumbum attingas, abstine lumbo veru" (schol. *οἷον πρόσεχε μὴ ἅψῃ αὐτῆς· ταύτῃ γὰρ μαντεύονται*). Itaque scribas *κἄπεχ' ἀπὸ τῆς ὀσφύος* (cf. R. 1224: *κἀπέχου τῆς ληκύθου*), ut jam *ἀπό* adverbii fere instar verbo statum significanti junctum indicet alqd loco distare, remotum esse ab alqo „procul a", qua vi quater occurrit apud Ar. (ter in frg. com.): P. 601: *ποῦ ποτ' ἦν ἥδε* (sc. *ἡ Εἰρήνη*) *ἀφ' ἡμῶν τὸν πολὺν τοῦτον χρόνον*; apud v. *ἀπέχειν τι* P. 162, 163: *τὴν ῥῖν' ἀπό τινος*. L. 719: *τὰς γυναῖκας ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν* (Crat. 16. Philem. 11. Euphron. 11). Eodem intellectu unus e com. Ar. semel usurpavit adv. *ἄπωθεν* c. gen.: Pl. 674: *χύτρα τις κειμένη ὀλίγον ἄπωθεν τῆς κεφαλῆς του γρᾳδίου*. Idem solus semel admisit etiam *τηλοῦ* c. gen., neque tamen propria significatione „procul a" (Krüg. II. 47. 29. n. 1. Passow. II. 2. 1184 = *τηλοῦ ἀπό τινος* Hes. Th. 304, ut *τῆλε τινός*, *ἀπό τινος* saepe ap. Hom. et cett. epp.: Passow. p. 1882), sed ita potius, ut gen. sit partitivus: N. 138: *τηλοῦ γὰρ οἰκῶ τῶν ἀγρῶν* „procul hinc habito in agris" (cf. Av. 1704: *πανταχοῦ τῆς Ἀττικῆς*. P. 1171: *τηνικαῦτα τοῦ θέρους*. Av. 1498: *πηνίκ' ἐστι τῆς ἡμέρας*;

Krüg. I. II. 47. 10. n. 4). Schol. ἀντὶ τοῦ ἐν τοῖς ἀγροῖς. — πόρρωθεν ἐπὶ τῶν ἀγρῶν. — ἀμφίβολον πότερον λέγει πόρρω τῶν ἀγρῶν ἑαυτὸν κατοικεῖν ἢ ἐν τοῖς μακρὰν καὶ πολὺ τῆς πόλεως ἀπέχουσι. λέλεκται δὲ αὐτὸ παρὰ τὸ Εὐριπίδειον, ὅπερ οὕτως ἔχει: τηλοῦ γὰρ οἰκῶν βίοτον ἐξιδρυσάμην (Kock. „der Schluss des Verses sieht wohl wie eine Parodie aus; aber Eur. frg. 877 N. das die Schol. citiren, liegt zu weit ab"). Conjici quidem facillime possit poetam scripsisse: τηλοῦ γὰρ οἰκῶ 'γὼ 'ν ἀγρῷ (cf. R. 28: ἔχω 'γώ. L. 743: μόλω 'γώ. Eq. 420: κἀγὼ 'ν τοσούτῳ. Krüg. II. 14. 9. n. 4; de sing. ἀγρός sine art. posito v. §. 30 p. 40 sqq.): at videtur vulg. defendi simili adv. πόρρω usu (cf. Xen. An. IV. 3. 28: πρόσω τοῦ ποταμοῦ προβαίνειν. Pl. Euthyphr. 4 B: πόρρω σοφίας ἐλαύνειν. Protag. 310 C: πόρρω τῶν νυκτῶν. Krüg. I. 47. 10. n. 4. Passow. II. 1. 1037 sq.). — Hoc ipsum adv. πόρρω (cf. Ach. 646. N. 213. 217. V. 192. P. 198. Av. 1483. Cratin. 320. Plat. 66. Antiph. 196. Anaxil. 21) nusquam comici gen. junxerunt ut loci distantiam indicet „procul a" (ut e. c. ap. Pl. Legg. VIII. 800 C: πόρρω τῶν βωμῶν. Xen. An. III. 2, 22. Cyr. II. 4, 17. Krüg. I. 47. 29. n. 1): semel metaphorice (cf. Pl. Reip. IX. 581 E. Phaed. 96 E. Soph. 234 C. Heind. ad Lys. 212 A) occurrit ap. Ar.: V. 192: πονηρὸς εἶ πόρρω τέχνης καὶ παράβολος „sine arte" h. e. natura et ingenio (schol. οὐκ ἀπὸ τέχνης τινὸς πονηρὸς εἶ οὐδ' ἀπὸ μελέτης ἀλλὰ φύσει. Cf. 1281 sqq.); ἀπό vero nusquam metaphorice vides usurpatum a com. (e. c. pro ἀπὸ καιροῦ „intempestive" Pl. Theaet. 187 E Ar. dixit μὴ 'ν καιρῷ: R. 358, pro ἀπ' ἐλπίδος „praeter spem" παρ' ἐλπίδας: P. 793). — Verbo ἀπεῖναι „abesse" Ar. gen. sine praep. junxit N. 705 (lyr.): ὕπνος ἀπέστω ὀμμάτων „absit ab oculis". Eadem ratione inde ab Hdt. et Thuc. constanter dicitur ἀποκλῄειν τινά τινος et proprie et translate (cf. e com. Ar. L. 423: ἀποκέκλῃμαι τῶν πυλῶν. Timocl. 23: τῆς θύρας ἀπεκλῃόμην; occurrit autem etiam dat.: V. 334: σ' ἀποκλῄων τῇ θύρᾳ. 775: οὐδείς σ' ἀποκλῄσει θεσμοθέτης τῇ κιγκλίδι), quare V. 601 ubi tradita sunt: σκέψαι δ' ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν οἵων μ' ἀποκλῄεις [μ' add. Hirschig.] καὶ κατερύκεις, quum sententia h. l. unice apta manifesto haec sit: „collige ex his

(quae modo enumeravi) a quibus me excludas et arceas commodis", recte scripsit Mein. ex em. Hamak. *ἀπὸ τῶνδ'*, quod conjungatur cum verbo *σκέψαι*, ut jam non opus sit conj. Bergkii satis audaci *σκέψαι δέ μ' ὅσων ἀγαθῶν οἵων τ'* (cf. autem de sententia Eq. 807: *γνώσεται οἵων ἀγαθῶν αὐτὸν τῇ μισθοφορᾷ παρεκόπτου*, de coll. verborum *ἀγαθῶν οἵων* N. 1072: *σκέψαι — ἡδονῶν ὅσων μέλλεις ἀποστερεῖσθαι*. Av. 143. Eq. 1218 al., denique de usu illo praep. *ἀπό*, quo apud verba cognoscendi, judicandi, colligendi indicat unde proveniat sententia, quo nitatur judicium: E. 780. Eq. 427. N. 385. Pl. 577. V. 76. Alexid. 294).

59 *Ἔνδον* et *ἐντός*.

ἔνδον ap. Ar. 51 locis occurrit, 28ies in frg. com., ubique fere (50—26 locis) significans „domi": Ach. 330 (ubi errat Blaydes.: v. Müller.). 395. 396 bis. 397 bis. 399 bis. Eq. 63 (*τοὺς ἔνδον* ut Mnesim. 4 = *τοὺς ἔνδοθεν* Pl. 228. 964 = *τοὺς ἐν τῷκίᾳ* V. 827 = *τοὺς οἰκέτας* Eq. 65. N. 5. 7. R. 982. Pl. 26. Ind. com. p. 688 sq.). 1393. N. 879. 1361. V. 70. 110. 198. 561. P. 1150. 1152. Av. 1107. L. 149. 454. 495. 510. 516. 894. 1201. Th. 41. 397. 794. 881. 884. R. 514. 520. 757. E. 225. 336. 375. 950. 1036. 1062. Pl. 393. 626. 643. 795. 819. 822. 893. 1138. frg. 203. 279. Ind. com. p. 369. Restant 3 loci, 1 Ar., 2 cett. com.: illo Th. 1187 *ἔνδον* in oratione Scythae significat „sub veste" (ut *εἴσω* ap. Dem. XIX. 251. 255: *εἴσω τὴν χεῖρα ἔχειν*, *ἐντός* ap. Xen. R. L. 3, 4: *τὼ χεῖρε ἐντὸς τοῦ ἱματίου ἔχειν*; errare videtur de Dem. Fritzsch. in adn.), ap. Herm. 2: *τὰ δ' ἔνδον οὐδὲν διαφέρεις δράκοντος* et Men. 641: *ἔξωθέν εἰσιν οἱ δοκοῦντες εὐτυχεῖν | λαμπροί, τὰ δ' ἔνδον πᾶσιν ἀνθρώποις ἴσοι* locutio *τὰ ἔνδον* animum significat et ingenium hominis. Nusquam com. adverbio *ἔνδον* gen. addiderunt (sed *ἔνδον ἐν ταῖς οἰκίαις* Philem. 28 ut *ἔνδοθεν ἐν τῷ σώματι* Hegesipp. 1, 15), nisi Ar. Th. 41 in cant. anap. quo elatum tragg. (praecipue Agathonis) genus dicendi imitatur: *ἐπιδημεῖ γὰρ | θίασος Μουσῶν ἔνδον μελάθρων*. Quare nullo modo probari potest conj. Bergkii V. 1115 sq. (tetr. tr.) pro *οἱ μένοντες ἡμῶν τοῦ φόρου | τὸν πόνον κατεσθίουσιν* scribi jubentis *ἔνδον οὐρόφου* „intra tectum" quod Ar. (pariter atque

cett. com.) dixisset potius ἐντὸς τοὐρόφου: hoc autem e verbis traditis vix potest elici. — Adv. ἔνδοθι quod vides ap. Eupol. 159 et Posidipp. 22, Ar. nusq. admisit, quod neglexit Dawes. Misc. cr. p. 211 sq. — Denique ἔνδοθεν 25ies occurrit ap. Ar., 9ies in frg. com.: plerumque significans „e domo": Ach. 805. Eq. 101. 110. N. 1164. V. 177. 350. 833. 861. P. 233. 310. L. 199. 456. 1197. 1223. 1241. Th. 238. 794. E. 337. Pl. 228. 964. frg. 285 (de attractione articuli v. p. 30). Ind. com. p. 39; de interioribus rerum dictum: Men. 528, nubium: N. 405, corporis: Eq. 377. Antiph. 87. Hegesipp. 1, animi: R. 814: χόλον ἔνδοθεν ἕξει et L. 512: ἀλγοῦσαι τἄνδοθεν (schol. τὴν καρδίαν λυπούμεναι) = τὰ ἔνδον Herm. 2. Men. 641 (simul enim alius loci ratio habetur: v. Krüg. I. 50. 8. n. 13).

ἐντός Ar. 5ies tantum usurpavit, ubique gen. junctum ut significet „intra fines spatii alicujus": Ach. 44: ἐντὸς τοῦ καθάρματος. L. 847: οὑντὸς τῶν φυλάκων ἑστώς. frg. 291: μηδὲ γεύεσθ' ἅττ' ἂν ἐντὸς τῆς τραπέζης καταπέσῃ. Av. 390: τῶν ὅπλων ἐντός „intra castra" (ἐν ὅπλοις L. 633. R. 1532 = armatus). E. 984: τὰς ἐντὸς εἴκοσιν sc. ἐτῶν „quae intra 20 annos natae sunt". Perperam igitur Fritzsch. Th. 67 sq.: χειμῶνος οὖν | ὄντος κατακάμπτειν τὰς στροφὰς οὐ ῥᾴδιον pro ὄντος scripsit ἐντός quod sit „domi", quod Ar. (pariter atque cett. com.) dixit potius ἔνδον, etiam ubi elatiore utitur genere dicendi (Th. 881. 41); neque omnino offendendum est in part. ὄντος ab initio trimetri collocato (cf. |ὄντων: E. 1134. Men. 477. 642. |ὢν: R. 205. |οὖσα: Eur. Bacch. 314. |ὄντες: Eur. Cycl. 709. — | εἰσίν: Th. 391), χειμῶνος ὄντος autem dixit Ar. etiam Eq. 883. V. 445. R. 1188. E. 421 (cf. anon. 225). — In frg. com. ἐντός 6ies vides: Dionys. 3: τἀντός (interiora piscis). Herm. 1: ἐντὸς ἔχων τὰ πάντ' ἐν αὑτῷ, c. gen.: ἐντὸς πυλῶν: Posidipp. 21, ἐ. τῶν ὀδόντων: Antiph. 202, (ἅς εἰ φάγοι) τις ἐντὸς ἑξήκοντ' ἐτῶν „nondum sexagenarius": Amphid. 20 (opp. τὰς ὑπερεξηκοντέτεις Ar. E. 982. Cf. Pl. Legg. XII. 593 B: ἐντὸς δραχμῶν πεντήκοντα. Ar. E. 1025: οὐ κύριος ὑπὲρ μέδιμνόν ἐστ' ἀνὴρ οὐδεὶς ἔτι), denique πᾶς ὁ φύσεως ἐντός: Damox. 2, 34. — ἔντοσθε(ν) quum proprium sit epicorum (v. Passow.) omnino non invenitur apud Atticos.

60 *Ἔξω* et *ἐκτός*.

Quum Attici omnes constanter *ἔξωθεν* dicere soliti sint (e com. cf. Ar. N. 974. Men. 641), nusquam fere *ἔκτοσθεν* (praeter unum Soph. El. 803), comici jam id sibi habent proprium, quod constanter dixerunt *ἔξω*: Ar. 13ies, cett. 14ies: de statu: Ach. 398. V. 658. R. 970. 1179. Antiph. 167 (= praeter). Dionys. 3. Philem. min. 1. Men. 159. 196. Euphron. 4. de motu: Ach. 1097 sq. 1118. N. 406. 1388. 1510. P. 1316. Av. 497: *προκύπτειν ἔξω τείχους*. Pl. 1196. Stratt. 65. Antiph. 74. 114. 118. 232. Mnesim. 4. Men. 167. Posidipp. 21: *ἐβάδιζες ἔξω τῶν πυλῶν* (ubi respondet *ἐντός πυλῶν* [cf. Ar. Av. 497 et 390] ut *ἔνδον* Ach. 398 sq. Dionys. 3. — Men. 641: *ἔξωθεν — τὰ δ' ἔνδον*) —

ἐκτός vero prorsus vitent. Nam ap. Cratin. 197 pro *ἐκτὸς οὐ πολλοῦ χρόνου* manifesto *ἐντός* „intra haud longum tempus" scribendum est, quod fecit Mein. in ed. min., ap. Ar. autem R. 994 sq.: *ὅπως μή σ' ὁ θυμὸς ἁρπάσας ἐκτὸς οἴσει τῶν ἐλαῶν* excusationem habet *ἐκτός* a dictione proverbiali (schol. *ὅστις πέρα τοῦ δέοντος ἔπραττέ τι ἔλεγον ὡς ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν φέρεται. ἐπεκράτησε δὲ εἰς παροιμίαν.* Cf. Pl. Cratyl. 414 B: *οὐ γὰρ ἐπισκοπεῖς με ὥσπερ ἐκτὸς δρόμου φερόμενον* „quod proverbii formam habet et simile est notissimo extra oleas vagari" Ruhnken.).

Restat solus alter Ar. locus V. 1284 sqq. (tetr. cret.): *εἰσί τινες οἵ μ' ἔλεγον ὡς καταδιηλλάγην | ἡνίκα Κλέων μ' ὑπετάραττεν ἐπικείμενος | καί με κακίαις ἔκνισε· κᾆθ' ὅτ' ἀπεδειρόμην | ἐκτὸς ἐγέλων μέγα κεκραγότα θεώμενοι*, ubi numeri quidem *ἔξω* non prorsus respuunt: nam vocalis finalis corripitur in thesi ante voc. non solum in versibus dactyl. et anap., sed etiam in vv. paeon. et cret. (v. Christ. Metr. p. 20. 418). Omnino autem et *ἐκτός* (sic R. V. C. *Γ*. Bekk. Mein.) et *οὑκτός* quod e cett. codd. (qui habent *οἱ 'κτός* — et sic vulg.) scripserunt Dind. Hirsch. Bgk. Richter h. l. omni caret sensu: nam neque certus quidam locus significatur verbis poetae (ut N. 973 sq. *ἐν παιδοτρίβου — τοῖς ἔξωθεν*), extra quem versentur ridentes illi („qui foris erant" Brunck.) neque *οὑκτός* ullo modo significare potest „ii qui procul a periculo erant" ut interpretatur Bergk. frg. Ar. p. 49 sq.

(= Mein. Com. I. 2. 937 sq.), quum cett. interpretes inde a schol. taceant omnes. (Ceterum ne id quidem mihi probatur quod idem Bergk., quem secutus est Ribbeck. in ed. Eq. p. 306, verba *μέγα κεκραγότα* ad Cleonem refert „qui vociferatione et clamore plurimum valebat" [cf. 596: *Κλέων ὁ κεκραξιδάμας*. Eq. 137: *κεκράκτης* adn. Kock. Eq. 487]: immo ad Ar. ipsum referenda sunt propter *ἀπεδειρόμην*: nam *ἀποδειρόμενον, κνιζόμενον, ὑποταραττόμενον, θλιβόμενον* [1289] consentaneum est clamare et lamentari [quod verbo *κράζειν* significatur e. c. etiam Pl. 722] neque quidquam valere argumenta Ribbeckii affirmantis: „Ar. würde von sich selbst nicht so gesprochen haben" — „ein Schreien während der besagten Execution hat an sich wenig Wahrscheinliches" facile quivis intelliget. Aegre autem caremus ad v. *θεώμενον* objecto *με* [etsi antecedit *ἀπεδειρόμην*: cf. V. 606], quod equidem non dubito inserere e R. V. *Γ*. qui praebent *κεκραγότα μ' οἱ θεώμενοι* articulo c. metr. illato [v. §. 30 p. 37], ut statuatur synicesis: *κεκραγότα με |θεώ|μενοι*, de qua v. p. 31. P. 906. Th. 280. E. 270). Apparet igitur *ἐκτός* corruptum esse: et me quidem judice poeta scripsit: *ἐκ τότ' ἐγέλων* = *τότε ἐξεγέλων* (quo v. comp. usi sunt Hom. Hes. Xen. Pl. Reip. V. 573 C: *γέλως ἐκγελῶν* „risus effusus"; metaph. Eur. Tr. 1176: *ἐκγελᾷ φόνος*), ut dicantur risisse iidem quos v. 1284 significavit poeta verbis *εἰσί τινες οἵ*. Tmesis autem (qua de cf. Valck. ad Eur. Hipp. 934. Reisig. Conj. p. 211. Kock. Teuffel. ad N. 792. Pierson. N. M. Rhen. XI. 119—28. Krüg. II. 68. 46. n. 3. 48. n. 1—4) h. l. aptissima est, quippe quo Ar. risum captans elatius poetarum genus dicendi imitetur (cf. e. c. Hom. h. Dion. 30: *ἔκ ποτ' ἐρεῖ*). Hac sola enim ratione Ar. tmesim admisit, et quidem 18 locis (5 trim., 1 tetr. j., 1 tetr. tr., 1 tetr. anap., 10 lyr.), praepositionis *ἀπό* in v. *ἀπολλύναι -υσθαι:* N. 792. 1440. Av. 1506. Pl. 65, *ἐκ* in *ἐξόλλυσθαι:* Av. 1070 (*πάντ' ἐκ φοναῖς ὄλλυται* — em. Reisig. Conj. p. 219; codd. c. metr. *φοναῖσιν ἐξόλλ.*, vulg. *ἐν φοναῖς ὄλλυται* quod perperam defendit Pierson. l. c. codd. neglectis: v. infra), *ἐν* in *ἐμπήγνυσθαι:* V. 437 (em. Bergler.: *ἔν τί σοι παγήσεται*, codd. *ἕν*), *κατά* in *καταχεῖν:* Ach. 295. *καταπέτεσθαι:* Av. 1456 (em.

Dobr. *κατ' αὖ πέτωμαι*, codd. *κᾆτ'*). *κατέχειν*: L. 262. *καταλαβεῖν*: L. 263. *καταβάλλειν*: R. 1047, *ἀνά* in *ἀναπείθειν*: V. 784. *ἀνέρεσθαι*: R. 1160 (*ἀνὰ δ' ἔρεσθον*: em. Bergk., codd. *ἀναδέρετον*, Brunck. Dind. *ἀναδέρεσθον*), *περί* in *περικυκλοῦν*: Av. 346, *ἐπί* in *ἐπικαλεῖν*: L. 1280. 81. 83. 85 (*ἐπὶ δὲ κάλεσον — ἐπὶ δὲ — ἐπὶ δὲ — ἐπί τε*: qua de epanalepsi cf. Hom. *Δ* 447. *Σ* 483. *ϑ* 68. Eur. H. f. 1055. Hdt. III. 36. 126. Krüg. II. 68. 50. n. 9), nusquam praepp. *ἀντί πρό σύν εἰς διά ὑπέρ ἀμφί παρά πρός ὑπό μετά* (nam V. 1454 Krüg. II. 68. 48. n. 3 perperam probavit conj. Reisigii Conj. p. 211: *μετά τι πείσεται*). — Ex Hom. desumpsit Ar. P. 1092 (hexam.): *ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη* (= *Α* 464. *Β* 427. *γ* 461. *μ* 364) et 1274 (hex.): *σύν ῥ' ἔβαλον ῥινούς* (= *Δ* 446. *Θ* 60); Eq. 1038 (hex.) vero: *περὶ σκύμνοισι βεβηκώς* vix necesse est statuatur tmesis cll. Hom. *P.* 6. 133 sqq. *υ* 14. — Praeterea Cobet. (V. L. p. 90) E. 733 (trim.) scribi jussit: (*κιναχύρα*) *πολλοὺς περὶ κάτω θυλάκους τρέψασ' ἐμούς* (codd. *πολλοὺς κάτω δὴ θυλ.*) cll. Phot. p. 418, 4: *περὶ κάτω τραπήσεται· ἀντὶ τοῦ περιτραπήσεται κάτω, συνήθως λέγουσιν* et Strattid. frg. 35: *δείνῳ περὶ κάτω τετραμμένῳ*; deinde Mein. (Vind. p. 174) R. 1028 loco conclamato conj.: *ἐχάρην γοῦν ἡνίκ' ἐὰν ἤκουσ' ἀπὸ Δαρείου τεθνεῶτος* (codd. c. metr. *ἡνίκ' ἤκουσα περὶ Δ.*) ut *ἀπό* „per tmesim admodum usitatam" a *τεθνεῶτος* separatum sit, quod tamen vix probari potest (fortasse ante v. *ἤκουσα* propter similitudinem excidit sive in illo ipso latet nomen *Ἄτοσσα*, ut lacuna statuta: *ἐχάρην γοῦν ἡνίκ' Ἄτοσσ'* (*ἤκουσ'*) || . . . . . | . . . . || *παρὰ Δαρείου τεθνεῶτος* poeta hoc fere sumatur dixisse: „gavisus sum, quum Atossa cladem Persarum acciperet a Dario" [v. Aesch. Pers. 800—23 ubi D. umbra victoriam Plataeensem praedicit], qua ratione jam apte v. 1029 Atossae opponitur chorus: *ὁ χορὸς δ' εὐθὺς τὼ χεῖρ' ὡδὶ συγκρούσας εἶπεν ἰαυοῖ*); denique O. Schneider. (Philol. XXXIV. 433 sq.) relegans ad Bernhardy Synt. p. 197 Piersoni disputationis immemor E. 202 (trim.) loco difficillimo et admodum obscuro conj.: *ἐκ δ' ὁρίζεται | Θρασύβουλος* „über die Grenze wird Thr. geworfen" (codd. *ἀλλ' ὁρ.*). — Interposuit autem Ar. inter praep. (quae ubique antecedit) et verbum a) plerum-

que (14ies) unum tantum vocabulum: particulas *δέ*: L. 1280. 81. 83. R. 1106. *τε*: Av. 346. L. 1285. *γάρ*: N. 792. 1440. Av. 1506. *οὖν*: R. 1047 (v. infra). *αὖ*: Av. 1456 (cf. Hom. *Α* 362); pron. encl. *σε*: Ach. 295. Pl. 65; subst.: Av. 1070: *ἐκ φοναῖς ὄλλυται.* b) duo vocabb. encl.: *τοί με* V. 784: *ἀνά τοί με πείθεις* (cf. Eur. Or. 1047: *ἔκ τοί με τήξεις*). *τί σοι*: V. 437: *ἔν τί σοι παγήσεται.* c) plura vocabb.: L. 262 sq. (lyr.): *κατὰ μὲν ἅγιον ἔχειν βρέτας, κατὰ δ' ἀκρόπολιν ἐμὰν λαβεῖν.* — Particulae *οὖν* interpositae (ut in dor. et jon. dial. *ὦν*: cf. Epicharm. ap. Ath. VI. 235 E: *κἀπ' ὦν ἠχθόμαν.* Anthol. XII. 226. Gregor. Cor. p. 446 c. intpp.; de Hdt. Krüg. gr. II. 68. 47. n. 2) quum nullum aliud apud poetas atticos exstet exemplum (nisi quod *μὲν οὖν* interposuit Amips. com. frg. 36 trim. — v. infra) *κατ' οὖν ἔβαλεν* R. 1047 sane in suspicionem vocandum videtur, praesertim quum *οὖν* admodum frigide ac sine ulla vi in fine fere enuntiati positum sit; accedit quod codd. vehementer fluctuant; de emend. tamen adhuc ambigitur (Valck. ad Hipp. 934: *κάτω γ' ἔβαλεν.* Thiersch. inepte: *κάτωπέβαλεν* = *κάτω ἀπέβ.* Kock.: *κατὰ νοῦν σ' ἔλαβεν*). — Denique verba supra congesta perlustranti facile apparebit Ar. usum tmesis liberiorem esse quam e. c. Pindari quem quidem Bossler. (de usu praepp. ap. Pind. p. 66) demonstravit praep. a verbo suo fere nusquam sejunxisse nisi in eis verbis in quibus primariam vim concretam quam maxime servarit. — In frg. com., ni fallor, 5 exstant tmesis exempla: praepp. *ἐν*: anon. 347 (trim.): *ἐν δ' ἐκίρνατο οἶνος*, *κατά*: Hermipp. 62 (hexam.): *κατὰ πᾶν δ' ἔχει ὑψερεφὲς δῶ* et Amips. 36 (trim.): *κατὰ μὲν οὖν ἔφαγε* (v. supra), *περί* Stratt. 36 (trim.): *δείνῳ περὶ κάτω τετραμμένω* (v. supra p. 102), *ὑπό*: Metag. 1 s. Aristag. 1 (hexam.): *ἀνδρῶν φορτηγῶν ὑπὸ γούνατα μισθῷ ἔλυσαν.*

Ut redeat unde deflexa est disputatio, quum demonstratum sit adv. *ἐκτός* prorsus alienum esse a com. sermone, jam apparet nullo modo probari posse quod Eq. 728: *τίνες οἱ βοῶντες; οὐκ ἄπιτ' ἀπὸ τῆς θύρας;* quum R. et Ambros. praebeant *ἐκ τῆς θ.*, Velsen. e conj. Bothii scripsit *οὐκ ἄπιτ' ἐκτὸς τῆς θύρας* (ut cogitentur illi jam

limen ipsum intrasse, versari in ipsis foribus) quod Ar. dixisset potius *ἔξω τῆς θ.*: neque omnino h. l. opus est conj.: *ἀπὸ τῆς θ.* [de praep. ita collocata ut duae syllabae diversorum sint pedum v. p. 54] rectissime se habet: adstant enim illi foribus; prorsus eodem autem modo codd. inter *ἀπό* et *ἐκ* fluctuant quum *ἀπό* unice verum sit N. 1296: *οὐκ ἀποδιώξεις σαυτὸν ἀπὸ τῆς οἰκίας;* (R. V. alii Ald. perperam *ἐκ*: omnia enim ibi extra aedes aguntur: cf. 1254: *οὔκουν ἀπολιταργιεῖς ἀπὸ τῆς θύρας;*) et P. 1221: *ἀπόφερ' ἐς κόρακας ἀπὸ τῆς οἰκίας* (codd. praeter R. V. perperam *ἐκ*). Cf. etiam Ach. 864: *οἱ σφῆκες οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν;* et V. 456: *παῖε τοὺς σφῆκας ἀπὸ τῆς οἰκίας.*

61 Av. 108: Kock. qui contendit, si scribatur h. v. (cf. p. 59) *ποδαπὼ τὸ γένος δ'; — ὅθεν αἱ τριήρεις αἱ καλαί* e conj. Dindorfii *δ'* inserentis (cl. P. 187: *ποδαπὸς τὸ γένος δ' εἶ;* ubi particula quae aberat e melioribus libris addita est), h. trimetrum praeter V. 979: *κατάβα κατάβα κατάβα κατάβα. — καταβήσομαι* unicum esse ap. Ar. qui a 3 incipiat anapaestis, neglexit Ach. 536: *Λακεδαιμονίων ἐδέοντο τὸ ψήφισμ' ὅπως* et L. 864: *φέρε νυν καλέσω καταβᾶσά σοι. ταχὺ νυν πάνυ* (cf. Antiph. 20, 5: *ἐρίφου· διὰ τὴν ἐπικαρπίαν γὰρ τῶν ἀδρῶν*); addo Th. 1226 ubi probo (quae Engero „displicet propter numeros“) conj. Brunckii trim. sic redintegrantis: *τρέχε νυν τρέχε νυν κατὰ τοὺς κόρακας ἐπουρίσας* quum codd. alterum *τρέχε νυν* omittant (ut Eq. 911: *ἐμοῦ μὲν οὖν. — ἐμοῦ μὲν οὖν* alterum *ἐ. μ. ο.* om. Ven. et Ambros.) [minus probabiliter Reisig. *ἀλλά* initio versus supplevit, Mein. Vind. p. 161 *τρέχε* in fine v. repetiit]. Omnino autem Ar. 59 locis (Rumpel. Philol. XXVIII. 620 affert 55 om. Ach. 181. N. 173. Av. 1588. Pl. 164) 3 anapp. admisit in trim.: plerumque, 26ies in 1. 2. 4. pede: (Ach. 833. N. 62. 173. 756. 790. 1187. V. 2. 1157. 1418. 1424. P. 195. Av. 192. 1218. 1584. L. 112. Th. 340. 575. R. 47. 549. 854. 1200. 1228. E. 538. Pl. 843. 874. 1036); 5ies in 1. 2. 5. p. (N. 845. P. 186. L. 11. R. 195. Pl. 164), quater in 1. 3. 4. p. (Ach. 181. 922. Eq. 466. Av. 1588), nusquam in 1. 3. 5. p. (cf. Fritzsch. ad R. 488. Ind. lect. Rostoch. 1831 hib.), 7ies in 1. 4. 5. p. (Ach. 72. 1177. N. 52. 1192. E. 738. Pl. 678. 768), 6ies in 2. 3. 4. p. (Ach.

439. Eq. 1228. V. 205. P. 274. 898. Av. 140), semel in 2. 3. 5. p. (Eq. 218), 8ies in 2. 4. 5. p. (Ach. 1087. Eq. 1044. P. 113. 206. Av. 1540. 1541. R. 1246. E. 190), semel denique in 3. 4. 5. p. (N. 50). Valet igitur in illa licentia haec lex (quam Rumpel l. c. diserte enucleare neglexit), ut trium illorum anapaestorum certe duo continui sese excipiant, quare nusquam anapp. vides in 1. 3. 5. p. Praeterea Ar. bis 4 anapp. admisit: in 1. 2. 3. 5. p. L. 864, in 1. 2. 4. 5. p. Pl. 815, denique semel 5 anapp. V. 979 (v. supra).

E. 491: *τὴν δ' οἰκίαν ἔξεσθ' ὁρᾶν, ὅθενπερ ἡ στρα-* 62
τηγὸς | ἔσθ' ἡ τὸ πρᾶγμ' εὑροῦσ' ὃ νῦν ἔδοξε τοῖς πολίταις. Meinekio (Vind. p. 194) permire dictum videtur *ὅθενπερ ἡ στρατηγός ἐστιν*, pro quo exspectasse se dicit *ὅθενπερ ᾔει*, nisi doceri possit *ἐξ οἰκίας εἶναι* recte dici de eis qui e domo prodeant; quare suspicatur poetam scripsisse *ὅθενπερ ἡ στρατηγὸς | ἦλθ' ἡ κτλ.* Miror Mein. non vidisse *ὅθενπερ ἡ στρ. ἐστι* paullo latiore quidem sensu accipi posse de origine i. e. de domicilio mulieris: „unde oriunda est“ i. e. „ubi habitat dux“ („wo sie zu Hause ist“): cf. V. 266: *οὑκ τῆς οἰκίας τῆσδε συνδικαστής* „qui ortus est ex hac domo, qui habitat in his aedibus“. Pl. 435: *ἡ καπηλὶς ἡκ τῶν γειτόνων* (Nicostr. 22); eadem ratione qui in foro mercaturam faciebant (cf. Eq. 1245) in universum dicebantur *εἶναι ἐξ ἀγορᾶς* Eq. 181 (= *ἀγόραιοι* 218), singuli nomen accipiebant a singulis fori partibus ipsis a rebus quae prostabant appellatis: N. 1065: *οὑκ τῶν λύχνων* (= *ὁ λυχνοπώλης*). Av. 13: *οὑκ τῶν ὀρνέων* (= *ὁ ὀρνεοπώλης*).

Σύν et *μετά*. 63

Quum antea inter praepp. *σύν* et *μετά* hoc tantum crederetur intercedere discrimen, ut illa proprie connexum indicet quo quid cohaeret cum alio („Cohaerenz“), haec societatem qua quid una versatur cum alio („Coexistenz“ — Krüg. I. 68. 13 et n. 1), nuper accuratissime demonstravit Tycho Mommsenus (progr. schol. Francof. 1874) *σύν* fere proprium fuisse poetarum et Xenophontis, *μετά* scriptorum, ita tamen ut *σύν* temporum progressu omnino magis magisque obsoleverit. Jam quum comicos poetas, ubi non elatiore utantur genere dicendi (Hor. A. poet. 93),

purissimos vulgaris Attici sermonis testes esse constet, operae pretium videtur accuratius inquirere, quibusnam illi rationibus *σύν* admiserint. De Ar. Mommsenus nihil docet nisi *σύν* 22 locis occurrere, *μετά* 85 (immo 84: errasse videtur de E. 173: *ἐμοὶ δ' ἴσον τῆσδε τῆς γῆς μέτα* i. e. *μέτεστι*): at singuli loci accurate examinentur necesse est. — Ac primum quidem ex illo 22 locorum numero eximendi sunt 7, quos Ar. e tragicis desumpsit: a) R. 1289: *σὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι* ex Aesch. Ag. 110. b—e) V. 1081 et P. 357: *σὺν* (*ξὺν*) *δόρει σὺν* (*ξ.*) *ἀσπίδι* (= *μετὰ ἀσπίδος καὶ δόρατος* Thuc. VI. 58, 2. Xen. Hell. II. 3, 48) e *Μώμῳ* fabula Soph. s. Achaei (frg. 27 N.). f) Th. 1034: *γαμηλίῳ μὲν οὐ ξὺν παιῶνι δεσμίῳ δέ* et g) R. 1207: *ξὺν παισὶ πεντήκοντα* ex Eur. Andromed. frg. 122 N. et Archel. frg. 229 N. Praeterea 2 locis *σύν* exstat in locutionibus fere proverbialibus: L. 1039 (tetr. tr.): *κἄστ' ἐκεῖνο τοὔπος ὀρθῶς κοὐ κακῶς εἰρημένον· | οὔτε σὺν πανωλέθροισι* [sc. *γυναιξίν*] *οὔτ' ἄνευ πανωλέθρων* (schol. *ἐν παροιμίᾳ τοῦτ' ἔλεγον* cll. Susarion. frg. II. 3 et Hes. Op. 58) et Pl. 114: *σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται* (cf. infra *σὺν θεοῖς*), quam eandem formulam vides ap. Eur. Med. 625. His 9 locis subductis jam 13 tantum restant quibus Ar. in proprio sermone *σύν* admisit, quum *μετά* c. gen. usurparit 84 locis. Intercedit autem in singulis metris inter *σύν* et *μετά* haec ratio: in trim. *μετά* 42 locis vides (Ach. 141. 249. Eq. 229. N. 1466. V. 786. 788. 1004. P. 1116. Av. 34. 155. 196. 1345. 1428. 1672. 1686. 1692. L. 112. 141. 438. 904. 1221. Th. 432. R. 782. 1196. E. 123. 243. 543. 849. 1066. 1095. 1138. 1143. Pl. 54. 175. 231. 383. 823. 843. 891. 1081. frg. 245. 398) *σύν* ter (L. 1143. R. 1199. frg. 156), in tetr. tr. *μετά* quater (Eq. 597. 1289. Av. 753. R. 697) *σύν* bis (N. 580. V. 1085), in anap. *μετά* 11ies (Eq. 771. N. 1006. V. 349. 692. Av. 658. 660. R. 1513. Pl. 504. 564. 614. frg. 50; semel in hexam.: P. 1110) *σύν* ter (V. 359. L. 555. 558), denique in lyr. *μετά* 26ies (Ach. 277. 661. 1148. Eq. 590. N. 464. 475. 1451. V. 320. 1057. 1247. 1269. P. 116. 765. 775. 784. 816. 1132. 1156. 1330. Av. 739. L. 349. 479. 544. R. 414. E. 964. frg. 421) *σύν* 5ies (N. 604. Av. 1723. Th. 102.

716. R. 445). — Jam transeamus ad usum praep. *σύν* illustrandum.

1) Primum *σύν* quater personarum nominibus additum vides plurali numero positis (nusquam singulari, cui Ar. constanter *μετά* junxit): a) comitatum significans R. 445 (lyr.): *ἐγὼ δὲ σὺν ταῖσιν κόραις εἶμι καὶ γυναιξίν*, qui ceteris, etiam lyr. partium locis omnibus praep. *μετά* indicatur, nisi quod L. 1143 (trim.) Lysistrata, elatiore genere dicendi constanter fere uti solita, dicit: *ἐλθὼν σὺν ὁπλίταισι τετρακισχιλίοις | Κίμων ὅλην ἔσωσε τὴν Λακεδαίμονα* (ubi vero exercitus pro instrumento accipi potest [Krüg. I. 48. 15. n. 18] etiam Ar. dat. instrum. sine praep. usurpavit: P. 746: *πολλῇ στρατιᾷ*. Ach. 622: *ναυσὶ καὶ πεζοῖσι*). b) Vim auxilii habet *σύν* in formula *σὺν (τοῖς) θεοῖς* „diis adjuvantibus" (cf. Pl. 414: *σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται)*: V. 1085 (tetr. tr.) *ἐσωζόμεσθα ξὺν θεοῖς* et R. 1199 (trim.) *σὺν τοῖσιν θ.* — *σου τοὺς προλόγους διαφθερῶ*, qua a formula (de qua cf. Lob. ad Aj. 779) *μετά* omnino alienum fuisse videtur, nisi quod Soph. Aj. 950 dixit: *οὐκ ἂν τάδ' ἔστη τῇδε μὴ θεῶν μέτα* „nisi deis intercedentibus" (idem solus dixit eodem sensu *θεοῖς ὁμοῦ* Aj. 767); praeterea *μετὰ θεῶν* e Pl. Ep. VIII. 355 fin. attulit Herm. ad Viger. p. 641 n. 16; addo Eur. Suppl. 591: *δαίμονος τοὐμοῦ μέτα | στρατηλατήσω κλεινός*.

2) Deinde 5ies Ar. *σύν* rerum notionibus junxit, plurali num. positis: a) quater ita ut significet quibus quis instructus sit: N. 604 (lyr.): *Παρνασίαν ὃς κατέχων πέτραν σὺν πεύκαις σελαγεῖ βάκχαις Δελφίσιν ἐμπρέπων κωμαστὴς Διόνυσος* (schol. *μετὰ δᾳδων*) „faces tenens, quassans" (cf. Eur. Bacch. 306: *ὄψει Διόνυσον ἐπὶ Δελφίσιν πέτραις πηδῶντα σὺν πεύκαισι*. Jon. 714 sqq. Bacch. 145. Ar. R. 340. S. Ant. 1146. Eur. Hypsip. prol. ap. Ar. R. 1211. Eur. Alc. 915), quod Ar. N. 543 vulgari sermone usus dixit *δᾷδας ἔχων*. Ceteris 3 locis (anapp.) vides formulam *ξὺν ὅπλοις* [forma *ξύν*, ubique tradita, semel V. 359 numeris flagitatur] „armatus" (= *ἐξωπλισμένος* L. 454. *ἐν (τοῖς) ὅπλοις* R. 1532. L. 633. *ὅπλα λαβών* Eubul. 20; cf. V. 364. Av. 388): V. 359: *ξὺν ὅ. ἄνδρες ὁπλῖται διαταξάμενοι κατὰ τὰς διόδους σκοπιωροῦνται*. L. 555: *ἢν παύσωμεν ξὺν ὅ. ἀγοράζοντας καὶ μαινο-*

μένους. 558: περιέρχονται κατὰ τὴν ἀγορὰν ξὺν ὅ. ὥσπερ κορύβαντες. (Praeter Ar. constanter σὺν s. ξὺν (τοῖς) ὅπλοις de armatura dixerunt Eur. [cf. Hec. 110. H. f. 1383. J. A. 212. 229. 1432] et Xen.; μεθ' ὅπλων Aeschines: I. 5 et III. 123; utrumque Thuc. [ξύν: II. 2, 1. 90, 6. IV. 14, 2. V. 11, 1. 50, 4. VI. 105, 2. VIII. 32, 2. μεθ' ὅ.: I. 6. V. 55] et Plato [σύν: Legg. VII. 763 A. μεθ' ὅ.: Reip. VIII. 551 B]: de exercitu [τὰ ὅπλα = οἱ ὁπλῖται] ξὺν ὅ. Xen., μεθ' ὅπλων Aeschin.: II. 82, utrumque Eur. [ξύν: Phoen. 511. Jon. 1292. B. 51. J. A. 754. μεθ' ὅ.: Or. 573. J. A. 65 — cf. S. Ant. 115] et Thuc. [ξύν: V. 50, 3. μετά: IV. 78, 2 = μεθ' ὁπλιτῶν V. 52, 2, quod Xen. constanter dixit σὺν ὁπλίταις; ap. Lys. XIV. 8 tamen μετὰ τῶν ὁπλιτῶν significat „inter hoplitas"]). b) Res cum re connectitur praep. σύν frg. 156 (trim.): δίδωμι χιλίας δραχμάς. — δέχομαι· δισχίλιαι γάρ εἰσι σὺν ταῖς Νικίου (sc. δραχμαῖς) — quam rationem summae computandae, qua compluria in unum quasi corpus coalescunt („inclusive"), Attici constanter praep. σύν alias vitata videntur significasse. Certe Lysias et Aeschines quum constanter μετά dixerint, σύν sola illa ipsa ratione admiserunt, ille bis, hic semel (quum μετά ap. Aesch. 74, ap. Lys. 102 locis occurrat): Lys. XXI. 2 et 4: ἀνήλωσα σὺν τῇ τοῦ τρίποδος (τῆς σκευῆς) ἀναθέσει πεντακισχιλίας δραχμάς (ἑκκαίδεκα μνᾶς). Aesch. II. 162: ἦσαν οἱ κλητοὶ καὶ συνδειπνοῦντες σὺν ταῖς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων πρεσβείαις οὐκ ἐλάττους ἢ διακόσιοι. Atque etiam Isaeus qui 58ies μετά (Mommsen. l. c.: 57), 7ies σύν usurpavit, ubicunque illam rationem significat, praep. σύν utitur: cf. VI. 33: αἶγας ἀπέδοτο σὺν τῷ αἰπόλῳ τριῶν καὶ δέκα μνῶν. VIII. 8. 35. XI. 42. Addo Thuc. V. 74, 3: ἀπέθανον Ἀθηναίων ξὺν Αἰγινήταις διακόσιοι. IV. 124. VII. 42. VIII. 95, 3.

3) Denique quater abstractis notionibus plerumque singulari num. positis junctum σύν modalem ut ita dicam atque circumstantialem vim praebet. a) Semel hac vi rationem indicat qua quis versetur in rebus agendis: N. 580 (tetr. tr.): ἦν ᾖ τις ἔξοδος [sc. Ἀθηναίων] μηδενὶ ξὺν νῷ, quod fortius et elatius quam ἄνευ νοῦ s. ἀνοήτως (Eq. 545. L. 518)

proverbialis fere dictionis speciem habet (cf. Pl. Crit. 48 C: *οὐδενὶ ξὺν νῷ*. — Arr. An. IV. 26, 3: *ξὺν οὐδενὶ κόσμῳ* = *οὐδενὶ κόσμῳ* Ar. frg. inc. 101 Bgk.; cf. *κόσμῳ* Av. 1331. *σώφρονι κ.* frg. 60). Dicitur autem non solum *σὺν νῷ* (Hdt. VIII. 86. 138. Pl. Reip. X. 619 B), sed etiam *μετὰ νοῦ* (Men. 770. Nicom. 1. Pl. Menex. 88 B), quod supra p. 13 restitui Ar. N. 464, plerumque vero simplici dat. *νῷ* (v. lexx.). E frg. com. huc pertinet solum Philisc. 2: *σὺν ῥᾳθυμίᾳ*; ceteris locis omnibus hac significatione vides *μετά* (bis in med., 10ies in nov. com. frg.: v. Ind. com. p. 620), quod Ar. semel tantum usurpavit: frg. 398: *ἄκουσον θυμοῦ δίχα καὶ κρῖνον μὴ μετ' ὀξυρεγμίας (= ἄνευ ὀξ.)*, ubi tamen elatius tragg. genus dicendi imitatur (quod apparet ex adv. *δίχα* praep. vicem sustinente, qui usus tragg. [et Xenoph.] proprius ap. com. non cernitur nisi in frg. inc. Anaxandr. 55), quum in vulgari sermone rationem agendi designet simplici dativo (ut *ὀργῇ* Ach. 530. *δόλῳ* L. 623. *σιγῇ* P. 1053. *σιωπῇ* Eq. 1212. Av. 1217. Th. 660. E. 527), adverbiis, participiis (ut *ὀργὴν ἔχων* V. 243. 1030. *παίζων* R. 523 = *μετὰ παιδιᾶς*, *σκώπτων* P. 173 = *μετὰ σκώμματος*, *εὐνοῶν* N. 1410 = *μετ' εὐν.*), alio quovis modo. b) Ceteris 3 locis qui omnes exstant in lyr. partibus *σύν* ex usu quodam elatissimi poetarum sermonis proprio eoque *μετά* prorsus respuente cum nomine suo praegnanter vicem sustinet totius enuntiati, modali atque circumstantiali vi externam rerum conditionem describens, cui actio vel status aliquis ita junctus est, ut simul causalis quidam nexus intercedere cogitetur (quod nos dicimus „bei"). *α*) Th. 102: *ἱερὰν χθονίαις δεξάμεναι λαμπάδα κοῦραι ξὺν ἐλευθέρᾳ πατρίδι χορεύσασθε βοάν* „cum patria libera" i. e. „quando nunc patria libera est", quem l. (fortasse desumptum ex Agathonis tragici carmine alqo) hh. dd. variis et pravis tentarunt conjecturis (v. intpp. et Mein. Vind. p. 146). *β*) Th. 716: *τίς ἄν σοί, τίς ἂν ξύμμαχος ἐκ θεῶν ἀθανάτων ἔλθοι ξὺν ἀδίκοις ἔργοις;* „cum improbis istis factis" = *ἐπεὶ ἄδικα εἰργάσω* „bei deinen ruchlosen Thaten", ubi contra Mein. qui miratur (Vind. p. 155) neminem adhuc haesisse in verbis *ξ. ἀ. ἔ.*, in quibus praep. nullo pacto explicari possit, quare conj. *σοῖς ἀδ. ἔ.*, jam Herwerd. (anal. cr. p. 52) cf. jussit

Ter. Eun. I. 2, 72: egon' quicquam cum istis factis tibi respondeam? et Tac. Germ. 26, 3 (c. adn. Kritzii). γ) Causa efficiens, e qua quid necessario provenit, hac ratione indicatur Av. 1723: περιπέτεσθε μάκαρα μάκαρι σὺν τύχᾳ i. e. μάκαρι τύχῃ συνόντα καὶ οὕτω μάκαρα γενόμενον „beata sorte fortunatum" (= μάκαρος ἐκ τύχας: Soph. Phil. 1326: νοσεῖς τόδ' ἄλγος ἐκ θείας τύχης): cf. S. O. T. 17: σὺν γήρᾳ βαρεῖς = συνόντες γήρᾳ καὶ βαρυνόμενοι αὐτῷ (= ἐν γήρᾳ βαρύς Aj. 1017). O. C. 1663: σὺν νόσοις ἀλγεινός. Phil. 1223: σὺν σπουδῇ ταχύς. Ant. 1266: νέος νέῳ ξὺν μόρῳ ἔθανες. Pind. Ol. II. 18: λάθα δὲ πότμῳ σὺν εὐδαίμονι γένοιτ' ἄν. (Bossler. de usu praepp. ap. Pind. p. 27 sq.); pervulgata autem inde ab Homero consuetudine, in qua quis versatur, qua quis utitur conditione, ei conjunctus dicitur atque consociatus (cf. ex Ar.: N. 1399. 1404. V. 1460. Pl. 321. 437. 504. 564. frg. 503).

Jam totius disputationis summa haec est: Ar. ubicunque σύν usurpavit, μετά certis de causis vitavit: sive quia μετά dici omnino non poterat (Th. 102. 716. Av. 1723 = 3, b) sive constantem vel certe praevalentem alqm sermonis gr. usum secutus (frg. 156 = 2, b. — σὺν θεοῖς: V. 1085. R. 1199. ξὺν ὅπλοις: V. 359. L. 555. 558) sive denique eo consilio ut orationem graviorem redderet et elatiorem (L. 1143 trim. N. 508 tetr. tr. N. 604. R. 445 lyr.).

Singularia autem duo licet observare: 1) Ar. σύν singulari numero non junxisse nisi notionum abstractarum (N. 508. Th. 102. Av. 1723) et 2) nusquam apud Ar. σύν cum nomine suo partem objecti efficere (ut e. c. ap. Hom. δ 75 ι 199. Pind. Ol. XIII. 41. P. XI. 20. J. III. 90 [Bossler. l. c. p. 26 sq.]. Soph. Tr. 257. Eur. Hec. 10. 1148. Alc. 382. frg. trag. adesp. 244 N. Antiph. or. II. α 4: οὐ γὰρ ἂν σὺν τῷ ἀκολούθῳ διέφθειρεν αὐτόν. Andoc. II. 7), quum μετά hac ratione 8ies videas usurpatam (N. 1451. V. 1004. Av. 658. R. 1513. E. 1183. V. 1057 [q. l. addas ap. Becker. et Herm. Charicl. I. 354]. P. 1110. frg. 421; cf. e com. frgg. Amips. 19. Diod. 3; add. Pind. Ol. XI. 49. Pl. Reip. IX. 591 B).

In frg. com. quum μετά 71 locis inveniatur (10 antiq., 30 med., 23 nov. com., 6 anon., 2 monost.), σύν 8ies tantum

occurrit: praeter formulam *σὺν θεοῖς* ap. Men. 391 [qui praeter monost. elatiore genere dicendi insignia constanter — 15ies — *μετά* dixit ut omnes nov. com. poetae] 4 antiq., 1 med. com., 2 monost. locis: 1) ap. personarum nomina: Cratin. 1 (trim.): *συνδιατρίβειν αἰῶνα σύν τινι* (cf. p. 79). mon. 302: *κακῷ σὺν ἀνδρὶ μηδ' ὅλως ὁδοιπόρει.* 488: *σὺν τοῖς φίλοισιν εὐτυχεῖν ἀεὶ θέλε.* 2) ap. rerum notiones: Pherecr. 124 (tetr. an.): *ὀχετοὶ βοτρύων μετὰ ναστίσκων ὀχετεύσονται θερμῷ σὺν ἔτνει καὶ λειριοπολφανεμώναις* [de variatione praepp. cf. S. Ant. 115: *πολλῶν μεθ' ὅπλων ξύν θ' ἱπποκόμοις κορύθεσσιν.* Eur. Andr. 1060. frg. 322 D. Cycl. 68. Phoen. 789. 1116. Or. 1071 sqq. Xen. Hell. V. 1, 11], ubi quum conjuncti sint numeri sing. et plur., antecedit sing. (pariter atque ap. conj. *ὡς* praep. instar acc. junctam, quum ap. praep. *μετά* vice versa priorem locum tenere soleat gen. plur.: v. infra). Plat. 146: *σὺν ἐλαίῳ ὠτογλυφίδα λαβοῦσ' ἀνασκαλεύεται* (videntur tamen verba *σὺν ἐλαίῳ* corrupta esse: v. Mein.), Eupol. 372: *σὺν φθοῖσι προπεπωκώς*, ubi quum praeter haec 3 verba nihil servatum sit, quid sibi velit *σύν* non satis perspicuum est; videtur tamen ex usu quodam poetarum fere proprio instrumentalem adsciscere significationem („quum pateris propinasset"), qua quis cogitatur conjunctus atque consociatus agere cum re, cujus vi et ope alqd efficit (cf. Hom. δ 161. Pind.: Bossler. l. c. p. 27. Aesch. Pers. 755. Sept. 885; Thuc. I. 84, 2. Xen. Cyr. VIII. 7, 13). Denique 3) semel ap. notionem abstractam: Philisc. 2 (trim.): *οὐκ ἔστιν — σὺν ῥᾳθυμίᾳ | τὰ τῶν πονούντων μὴ πονήσαντας λαβεῖν* (v. supra). —

De formarum *σύν* et *ξύν* usu Ar. admodum difficilis est quaestio. Constat antiquiorem formam *ξύν* ante Euclidem pervolgatam fuisse et tempore belli Pelop. alteri *σύν* paullatim cessisse (cf. Cauer. de dial. Att. vetustiore [in Curtii Stud. in gr. gr. et lat. VIII. 2] I. p. 286 sq.). In inscriptionibus ol. 90—92 (420—412) fere tempus definitur, quo scriptura *ξύν* magis magisque obsolevit; postea semper *σύν* legitur in titulis (Wecklein. Cur. epigr. p. 57 sq.). Thuc. grammatici diserte testantur constanter *ξύν* scripsisse (cf. Marcell. vit. §. 52. Et. Magn. 311, 6: *ξὺν Θουκ. ἀντὶ τοῦ σὺν καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὅμοια. οὕτω καὶ οἱ παλαιοὶ πάντες*). Inde jam Ar. Weckleinio

et Cauero ll. cc. σύν nisi vel metri vel euphoniae causa scripsisse non videtur, quam consuetudinem codd. cum fide servarint. Sane codd. plerisque locis ξύν praebent: at 1) haud raro etiam omnes σύν exhibent, permultis autem locis fluctuant; deinde 2) librarii ξύν intulisse saepius numeris σύν postulantibus convincuntur: certe e Dind. adn. Oxon. (et Eq. adn. cr. Velseni) 3 tantum locos mihi enotavi, ubi codd. c. metr. σύν praebent (Ach. 715: Γ, Th. 601: omnes [videtur tamen inter σύ et συνέξευρε excidisse potius part. γε], R. 800: Rav. Mut. Suid.), 6 vero ubi codd. ξύν exhibent c. metr. (Eq. 479: Θ. Δ. Γ a 1. m. L. 540: R. Aug. Junt. R. 807: F. Barocc. E. 614: B. Γ. 619: omnes) vel contra dialectum (dor.: L. 93 omnes codd.: cf. 995). Accedit denique 3) id quod hh. dd. prorsus neglexerunt, quod multo saepius σύν numeris flagitatur quam ξύν: in ipsa praep. (14ies) σύν 6ies (L. 1143, R. 1199, frg. 156 trim. R. 445 tetr. j. L. 1039 tetr. tr. Av. 1723 lyr.), ξύν bis (N. 580 tetr. tr. V. 339 anap.) [ceteris 6 locis: V. 1085 tetr. tr. L. 555, 558 tetr. anap. N. 604, Th. 102, 716 lyr. codd. ξ. praebent praeter N. 604 ubi in omnibus libris exstat σύν]; in compositis, quae in ipsis fabulis 508ies fere leguntur (in frg. 24 locis), σύν 83 (ter), ξύν 22 locis (semel): ut per singulas fabulas haec ratio intercedat inter σύν et ξύν: Ach. 1: 1. Eq. 9:3. N. 7:1. V. 8:3. P. 7:0. Av. 10:1. L. 5:3. Th. 8:3. R. 12:1. E. 8:3. Pl. 5:2, per singula metra autem haec: trim. 44:10 [σύν: Ach. 577. Eq. 220. 468. 479. 655. N. 793. 794. 1479. V. 21. 32. 50. 1251. P. 37. 668. 936. 1115. Av. 805. 1206. 1685. L. 178. 1179. Th. 156. 158. 178. 270. 624. 891. 975. R. 403. 408. 413. 807. 868. 869. E. 15. 16. 69. 446. Pl. 326. 646. 847. 1162. frg. 204. 399. ξύν: Eq. 1233. L. 39. Th. 475. 601. R. 800. E. 6. 472. 715. Pl. 1147. frg. 503]; tetr. (dim.) j.: 8 : 2 [σύν: Eq. 432. 854. N. 1037. 1426. 1438. V. 233. L. 540. E. 486. ξύν: Eq. 427. Th. 553]; troch.: 11 : 5 [σύν: V. 266. P. 618. 639. Av. 1079. 1086. 1756. R. 598. 903. 999. 1490. frg. 406. ξύν: Ach. 715. Eq. 595. N. 590. V. 1273. L. 1016]; anap.: 12 : 4 [σύν: Eq. 1317. V. 570. 691. P. 745. Av. 209. 544. 704. L. 577. Th. 40. E. 614. 619. Pl. 504. ξύν: V. 673.

Av. 546. L. 585. Pl. 503]; dactyl. 2:0 [σύν: N. 475. Eq. 1053 hexam.]; denique lyr. 6:1 [σύν: Eq. 1291. Av. 1761. L. 621. R. 385. 398. E. 296. ξύν: V. 633]. — Quae quum ita sint, vix crediderim Ar. σύν non scripsisse nisi ubi numeri ξύν respuant (consentiens cum Fritzschio ad Th. 601); quamquam autem verisimile videtur ratione illa quae cernitur in titulis eadem etiam Ar. temporum progressu magis magisque ad formam σύν inclinasse, tamen ad certum judicium pervenire non possumus, dum accurata codd. lectionum notitia caremus; de euphonia autem admodum lubricam esse quaestionem ipse Weckleinius concessit (cf. Reisig. Conj. Lobeck. paral. diss. 1). — In frg. com. longe praevalere formam σύν vides ex Ind. Jacob. p. 975—988; ξύν 28ies tantum occurrit (in comp., nusq. in ipsa praep.): 16 antiq., 8 med., 4 nov. com. locis: Cratin. 166. 191. Pherecr. 9. 33. 145. Telecl. 41. Herm. 44. 71. Eupol. 35. 302. Plat. 66. 86. Aristomen. 2. Stratt. 47. 51. Theop. 32. | Antiph. 16. 74 (bis). Eubul. 105 (bis). Aristophont. 12. Cratin. min. 9. Alexid. 126. | Men. 435. mon. 398. Nicol. v. 19. anon. 115 — nusquam tamen numeris flagitatum nisi ap. Eubul. 105 (bis) in hexam.: ἀξύνετα ξυνετοῖσι λέγων [ἀσύνετος: Philem. 123. συνετός: Dionys. 7. Apollod. 13. ξυνετός: mon. 398], quare in frg. Athenionis v. 45 [Mein. IV. 558] quum codd. Athen. XIV. 660 E praebeant: ἥμαρτον. — ἀλλὰ δεῦρο συνέσθιέ | μοι trim. redintegrandi causa scripserim potius: ἀλλὰ δεῦρό νυν συνείσιθι | ἐμοί (ut *NYN* excidisse statuatur ante *ΣYN*) quam quod Mein. scripsit e conj. Dobr. σὺ ξυνείσιθι | ἐμοί.

Conjunctionem ὡς Ar. non minus 43 locis (cett. com. 64
8ies tantum [Eup. 222. Antiph. 189. Anaxandr. 56. Aristophont. 10. Dionys. 1. Ap. Car. 23. Crobyl. 5. anon. 207], Lysias 13ies: v. Frohb. ad I. 10) praep. instar eodem intellectu atque ἐπί παρά πρός accusativo personae junxit, ad quam quis tendit s. pervenit, plerumque (34 locis) in trim., bis in tetr. tr. (Av. 317. 754), quater in anap. (Eq. 501. V. 1042. R. 1509. Pl. 495), ter in lyr. partibus (Ach. 675. N. 1164. Th. 1020). Nusquam eam vides apud collectiva, quae quidem apud Ar. solam adsciscunt praep. πρός (Eq.

243. 710. V. 267. Ach. 629. Eq. 508. P. 735), plerumque (33 locis) ap. sing. (Ach. 65. 394. 675. Eq. 1196. N. 237. 1164. V. 815. 1042. P. 104. 174. Av. 317. 1647. L. 746. 829. Th. 488. 617. 1020. R. 1192. 1509. E. 925. 933. 1005. 1013. 1028. 1084. 1088. Pl. 32. 152. 237. 242. 404. 1201. 1203), 9ies ap. plur. (Ach. 1224. Eq. 501. Av. 754. 1518. Th. 894. 1178. Pl. 89. 97. 495), quae eadem fere ratio inter sing. et pl. intercedit ap. praep. ἐπί (10ies sing.: V. 1360. R. 291. 646. 656. E. 550. 616. 899. 948. 1086. frg. 192, ter plur.: Ach. 982. Av. 789. E. 625), quum πρός 12ies sing. junctum videas (N. 979. V. 1026. Av. 120. Th. 180. 513. R. 400. Pl. 653. 823. 827. 840. 844. frg. 78), 10ies plur. (N. 1104. V. 1407. Av. 410. 1169. 1212. 1230. L. 87. Pl. 398. frg. 16. 500), παρά denique ter tantum sing. (P. 884. Av. 46. 845), 6ies plur. (N. 853. Av. 844. 992. 1038. 1269. E. 695). Semel ὡς vides ap. sing. et plur. conjunctos: Th. 1206: ὅπως φεύξει καὶ τενεῖς ὡς τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδί' οἴκαδε, ubi antecedit sing., qua eadem ratione ap. praep. σύν (in Ar. fabulis tamen nullum exstat exemplum: v. supra) plerumque dat. sing. (sive pers. sive rei) priorem locum tenet (cf. Eur. Tr. 392: σὺν δάμαρτι καὶ τέκνοις. Med. 11. Hipp. 551. Jon 32. J. A. 588; e com. Pherecr. 124: θερμῷ σὺν ἔτνει καὶ λειριοπολφανεμώναις [sed Hom. δ 175: σὺν κτήμασι καὶ τέκεϊ ῷ καὶ πᾶσιν λαοῖσιν. Tyrtae. 10(6), 6: παισὶ σὺν μικροῖς κουριδίῃ τ' ἀλόχῳ], quum vice versa ap. μετά antecedere soleat gen. plur. quippe qui conveniat propriae praep. μετά significationi „media inter" (cf. ex Ar.: Pl. 383: μετὰ τῶν παιδίων καὶ τῆς γυναικός. 614: μετὰ τῶν παίδων τῆς τε γυναικός; add. Mommsen. progr. Francof. 1875 p. 13). Ceterum plerumque dicitur παῖδες καὶ γυνή (cf. Hom. ι 199. Tyrtae. 10(6), 6. Soph. Tr. 257. Thuc. VI. 123, 4. Xen. Cyr. VIII. 7, 3. Sinten. ad Plut. Them. 10, 68. Frohb. ad Lys. XII. 69), quam consuetudinem Ar. praeter Pl. 383 et 614 secutus est etiam Ach. 132: ἐμοὶ καὶ τοῖσι παιδίοισι καὶ τῇ πλάτιδι, quum inverso ordine („Weib und Kind") praeter Th. 1206 usus sit etiam Pl. 1104: τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδία. frg. 487: τὴν γ. τώ τε παιδίω. Pl. 250: τὴν γ. καὶ τὸν υἱόν. R. 587: αὐτός, ἡ γ., τὰ παιδία (cf. Eur. Tr. 392: σὺν δάμαρτι καὶ τέκνοις

Hdt. VI. 19: *γυναῖκες καὶ τέκνα*. Pl. Reip. IX. 578 E: *γ. καὶ παῖδας*). De significatione praep. *ὡς* tria licet observare: a) „domum, in aedes alcjus" significat *ὥς τινα* Ach. 394. V. 1042. E. 933. 1005. 1013. 1028. 1084. 1088. Pl. 89. 97. 404. 495. 1201. 1203, ap. vv. *εἰσιέναι* E. 925. *εἰσέρχεσθαι* Pl. 237, 242 quibus duobus locis sibi respondentibus (*ἢν μὲν γὰρ ὡς φειδωλὸν εἰσελθὼν τύχω — ἢν δ' ὡς παραπλῆγ' ἄνθρωπον εἰσελθὼν τύχω*) unice recte se habet *ὡς*, nullo modo ferri potest *εἰς* [237 plerique libri *εἰς*, ed. Junt. 1525 *ὡς*, 242 plerique libri, etiam Ven., et Ald. *εἰς*, R. Vat. pauci alii *ὡς*], quippe quod hoc intellectu ab Atticis ita tantum admittatur, ut nomine personae unus certus quidam locus, fere publicus, significetur: cf. Av. 619: *κοὐκ εἰς Δελφοὺς οὐδ' εἰς Ἄμμων' ἐλθόντες ἐκεῖ θύσομεν* „in templum Jovis Ammonis" [ubi sine causa *ὡς* scripserunt Mein. Kock.]. Thuc. III. 3, 6: *ἐς τὸν Μαλόεντα ἐξῆλθον* „in templum Apollinis Maloentis". IV. 67, 2: *ἐνήδρευσαν ἐς τὸν Ἐνυάλιον* „in templum Martis". I. 137, 3: *ἐσπέμπει γράμματα ἐς βασιλέα* „in aedes regis". Cf. Krüg. I. 68. 21. n. 3 (qui tamen injuria huc refert E. 673 sqq.: *τὸ γὰρ ἄστυ | μίαν οἴκησίν φημι ποιήσειν συρρήξασ' εἰς ἓν ἅπαντα | ὥστε βαδίζειν εἰς ἀλλήλους*, ubi potius *εἰς ἀλλήλων* scrib. est ex em. Dind. Meinekio probata: „ut liceat alii in alius sedem se conferre" i. e. „sedes ex arbitrio permutare" — jam enim omnes, qua bonorum mulierum liberorum utuntur communione, eadem unius communis domicilii aequabiliter participes sunt ita, ut nemini certus sit locus). — Eadem ratione *ὡς τὸν θεόν* Pl. 32 (*ἐπερησόμενος οὖν ᾠχόμην ὡς τὸν θεόν*) significat „in templum dei" (sc. Apollinis; cf. 41 *ἐξιών*): solet tamen Ar. hoc dicere *πρὸς τὸν θεόν*: cf. Pl. 653: *ἀφικόμεθα πρ. τ. θεόν* (= *εἰς Ἀσκληπιοῦ* sc. *ἱερόν* 621. 411. V. 124). 823: *πρ. τ. θεὸν ἴωμεν*. 827: *πρ. τ. θεὸν ἥκω*. 840: *πρ. τ. θεὸν προσευξόμενος ἥκω — ἐνθαδί*. 844: *ταῦτ' ἀναθήσων ἔρχομαι πρ. τ. θεόν* (cf. 959 sq. 1196). R. 400: *δεῦρο συνακολούθει πρ. τὴν θεόν* („in templum deae Cereris"). Itaque etiam illo loco (Pl. 32) scripserim *ᾠχόμην πρὸς τὸν θεόν*, praesertim quum hoc ipsum praebeat cod. Rav.; neque enim crediderim *πρός* ex interpretatione irrepsisse.

b) Semel *ὡς* occurrit, ubi res aliqua dicitur ad aliquem pervenire: Av. 1518: *οὐδὲ κνῖσα μηρίων ἄπο ἀνῆλθεν ὡς ἡμᾶς* (sc. *τοὺς θεούς*), qua tamen ratione dubito num umquam *ὡς* ab Atticis sit admissum; paullo aliter res se habet, ubi quis perferre dicitur alqd ad alqm (cf. e com. Antiph. 189: *ἅπαντας ἀναπέπεικεν ὡς αὑτὸν φέρειν* „persuasit piscatoribus ut omnes pisces ad se ipsum afferant". Dionys. 1: *ὥστ' ἐνίοτ' ἂν τούτοισι ποιῶν ματτύην | σπεύδων ἅμ' εἰσήνεγκα διαμαρτὼν μίαν | ἄκων περιφορὰν τῶν νεκρῶν ὡς τὸν νεκρόν).* Itaque nescio num *ὡς* illo loco sit interpretis, Ar. autem scripserit *εἰς ἡμᾶς*, sicut dixit *εἰς θεοὺς ἐλθεῖν* sim. P. 128. 130. 132. Av. 843, quo postremo loco: *κήρυκα δὲ πέμψον τὸν μὲν ἐς θεοὺς ἄνω* Mein. in adn. cr. ceteris ll. neglectis temere *ὡς* scrib. esse conjecit.

c) Neque magis umquam Attici *ὡς* ita admiserunt, ut significet, quo versus quid tendat vel dirigatur, quae vis propria est praepp. *εἰς* et *πρός* (*εἰς* vides h. s. Ach. 32. 1112. Eq. 173. 174. 292. N. 187. 193. V. 613. P. 56. Av. 264. 309. R. 499. 562. 1171. Eq. 657. 663. V. 1110. frg. 349. V. 416. P. 995. R. 1074. Eq. 147. V. 18. 431. P. 70. Av. 1006. L. 977. frg. Nub. I. 1. *πρός:* Ach. 291. Eq. 651. 804. 1118. N. 323. 996. P. 635. Av. 1334. R. 544. P. 158. L. 229. 230. frg. 445 a. Av. 1007. L. 288). Itaque duobus locis Ar. quibus *ὡς* hoc intellectu traditum est, *εἰς* restituendum esse censeo: Pl. 152: *τὰς ἑταίρας φασὶ — τὸν πρωκτὸν εὐθὺς ὡς τοῦτον τρέπειν*: scribas *εἰς τοῦτον* (et habent hoc ipsum cod. Rav. et Suid. s. *ἑταῖραι*), et P. 174: *ὦ μηχανοποιὲ πρόσεχε τὸν νοῦν ὡς ἐμέ:* scribas *εἰς ἐμέ* (cf. N. 575: *δεῦρο τὸν νοῦν πρόσχετε*); eadem ratione *εἰς* in *ὡς* abiit ap. Eur. Iph. T. 1056, ubi inde ab Hermanno scribitur *εἰς ὑμᾶς βλέπω* quum in codd. omnibus sit *ὡς ὑμᾶς βλέπω.*

65 Eq. 1260 sqq.: *καὶ μὴν ἐγώ σ' ὦ Δῆμε θεραπεύσω καλῶς | ὥσθ' ὁμολογεῖν σε μηδέν' ἀνθρώπων ἐμοῦ | ἰδεῖν ἀμείνω τῇ Κεχηναίων πόλει.* Desiderarunt Hirschig. Dind. Mein. ad *τῇ Κ. πόλει* praep. *ἐν* „quae necessaria sit ad loci sententiam, quia non agatur de utilitate quam ille civitati allaturus sit, sed de benevolo in Demum animo". At hoc ex ipsius Demi sententia prorsus ad idem redire satis apparet

e v. 873 sq., ubi ille ad isiciarium qui ei calceos (*ζεῦγος ἐμβάδοιν*) dedit dicit: *κρίνω σ᾽ ὅσων ἐγᾦδα περὶ τὸν δῆμον ἄνδρ᾽ ἄριστον | εὐνούστατόν τε τῇ πόλει καὶ τοῖσι δακτύλοισιν.* (Cf. 1208 sq.: *τί οὐ διακρίνεις Δῆμ᾽ ὁπότερός ἐστι νῷν | ἀνὴρ ἀμείνων περὶ σὲ καὶ τὴν γαστέρα*; quod *παρ᾽ ὑπόνοιαν* dictum est pro *καὶ τὴν πόλιν*). Itaque censeo conj. illa licet lenissima opus non esse, sed dat. *τῇ. Κ. π.* pendere e v. *ἀμείνω* (ut Th. 832: *εἰ τέκοι τις ἄνδρα χρηστὸν τῇ πόλει*), ut idem valeat atque *περὶ τὴν πόλιν* „erga civitatem“ (cf. Ach. 603. 698. Eq. 764. 831. Pl. 658), isiciarius igitur dicatur *ἀγαθὸς πολίτης* pariter atque v. 944. Ceterum si quis conj. illam ideo quoque rejiciendam existimet, quod dicendum fuerit potius *τῶν ἐν τῇ Κ. πόλει* (sc. *ἀνθρώπων*), meminerit quaeso locorum quos supra p. 10 congessi ad refellendam Velseni de Eq. 480 conjecturam.

Av. 1070 (lyr.) chorus avium dicit: *ἑρπετά τε καὶ δάκετα* 66
πάνθ᾽ ὅσαπερ ἔστιν ὑπ᾽ ἐμᾶς πτέρυγος ἐκ φοναῖς ὄλλυται: codd. c. metr. *φοναῖσιν ἐξόλλυται*, em. Reisig. Conj. p. 219, vulg. *ἐν φοναῖς ὄλλυται*, quod perperam defendit codd. neglectis Pierson. N. Mus. Rh. XI. 120 cll. *Κ* 521. Pind. Pyth. XI. 57; unice recte se habet *ἐκ φοναῖς ὄλλυται:* tmesi enim (v. p. 101) verbi vis vel maxime effertur, quod h. l. aptissimum est: „prorsus caede pereunt“. Quaeritur autem qua ratione verba inter se sint conjungenda: Brunck. („reptilia vi alarum mearum pereunt“) et Pierson. l. c. („von meinem Flügel wird's heraus [?!] durch Mord getilgt“ — „unter meinem Fl. in Mord [*ἐν φοναῖς*] geht's zu Grunde“) conjungunt inter se verba *ὑπ᾽ ἐμᾶς πτέρυγος ὄλλυται:* at quid vis alarum pertinet ad caedem vermium, reptilium, insectorum (1064 sq.: *ἐν γαίᾳ δένδρεσί τ᾽ ἐφημένα*) quae devorantur ab avibus?; neque opus est loci caedis significatione. Jam Kock. qui recte negavit *ὑπ᾽ ἐμᾶς πτέρυγος* cum v. *ὄλλυται* conjungi posse, ipse scripsit *ἐπ᾽ ἐμᾶς πτ.*, quod significet „im Bereich meines Flügels“: sane hoc me judice sententia postulatur, at vehementer dubito num significari possit praep. *ἐπί*; certe multo pulcrius ac magis poetice exprimitur praepositione *ὑπό* concretam quae sensibus percipi possit imaginem depingente: „quaecunque versantur sub alis meis“ sc. quibus omnia supervolo terram

despiciens (cf. 1058: *τῷ παντόπτᾳ*. 1061: *πᾶσαν γᾶν ὀπτεύω*). Conjungenda igitur sunt verba *ὅσαπερ ἔστιν ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος*, quod cur fieri non posse videatur Kockio non perspicio. — Nec minus concreta atque perspicua imagine usus est poeta Th. 281 (trim.): *θέασαι καομένων τῶν λαμπάδων | ὅσον τὸ χρῆμ' ἀνέρχεθ' ὑπὸ τῆς λιγνύος*, cujus loci ab interpretibus male tractati sententiam perspexit demum Engerus qui interpretatur: „vide ardentibus taedis quanta multitudo (sc. mulierum; cf. P. 1192: *ὅσον τὸ χρῆμ' ἐπὶ δεῖπνον ἦλθε*. E. 395: *τοσοῦτον χρῆμ' ὄχλου*) in templum ascendat sub earum fumo", nisi quod aptius fortasse *τῶν λαμπάδων* accipitur pro gen. attrib. conjungendo cum verbis *ὑπὸ τῆς λιγνύος*, cui *καομένων* praedicative additum sit: „ardentium taedarum sub fumo" sc. ad caelum surgente (cf. Schoene N. Mus. Rh. V. 627 sq.). Praeter hos 2 Ar. locos *ὑπό* c. gen. significat „sub" bis in frg. com. (Pher. II. 305. Eupol. II. 539), ter in formula *ὑπὸ μάλης* „sub axilla" i. e. clam abditum (L. 985. Alexid. III. 426. Diph. IV. 376); saepius eadem significatione vides *ὑπό* c. dat.: 9ies ap. Ar. (N. 1005. V. 108. Av. 615. 1608. Th. 528. E. 104. frg. 145; ap. verba movendi: V. 386. Th. 562), quater in frg. com. (Cratin. II. 77. Pher. II. 276. 300. An-tiph. III. 112); denique *ὑπό* c. acc. ap. verba movendi 7ies (v. p. 68).

67 E. 877—1111 Droysen. (quaestt. de Ar. re scen. p. 78) rem agi censet in Ceramico vel *ἐν Πειραιεῖ παρὰ ταῖς πόρναις* (P. 165) ut videatur quae in scenam prodeunt *νεανίδα, γραῦν α β γ* pro meretricibus accepisse, neglexit quod Praxagora dixit 718 sqq.: *ἔπειτα τὰς πόρνας καταπαῦσαι βούλομαι | ἀπαξαπάσας — | ἵνα τῶν νέων ἔχωσιν αὗται τὰς ἀκμάς* (sc. mulieres civium Atheniensium choro repraesentatae; cf. L. 1274: *ταύτας* = *ταυτασί*; conjj. Elmsl. *ἀσταί* et Mein. *ἔχωμεν αὐταί* opus non videtur). Quum igitur *νεανίς, γραῦς α β γ* non sint meretrices, sed e numero mulierum Athen. quibus jam res publica administranda tradita est, quod etiam e toto inter eas et *νεανίαν* colloquio apparet (praecipue e vv. 985 sq. 1013 sqq. 1022: *τοῖς νόμοις τοῖς ἡμετέροισι πειστέον*. 1056), res per hanc scenam non in certa aliqua urbis regione agi cogitanda est, sed in quolibet vico Athenarum (cf. quae fore dixit Praxagora

693 sqq.: *αἱ δὲ γυναῖκες κατὰ τὰς διόδους | προσπίπτουσαι τοῖς ἀπὸ δείπνου | τάδε λέξουσιν· δεῦρο παρ' ἡμᾶς κτλ.*).

E. 1112—1181. Nemo adhuc quantum video interpretum docuit, qua ratione haec extrema Eccl. scena, qua Blepyrus a Praxagora uxore per servam ad coenam vocatur, conciliari possit cum v. 725 sqq., ubi idem Blep. una cum uxore coenam institutura in forum dicitur abire. Nam neque ante ipsam coenam domum rediisse ullo modo potest cogitari (v. 834 sqq. vicini Blepyri sequuntur nuntiam cives ad coenam invitantem, Blepyri ipsius mentio fit nulla), neque omnino intelligitur, cur tandem solus Blepyrus non interfuerit epulis communibus. Accedit denique quod non jam tempus est coenandi: in scena enim quae antecedit inducuntur mulieres juvenem quemdam a coena cum face redeuntem secundum novam legem captantes (quod post coenam futurum praedicaverat Praxagora v. 693 sqq.). Haec me movent, ut quum lacuna statuenda nihil proficiamus neque de transpositione possit cogitari, totam hanc extremam scenam (ceteroquin etiam satis insulsam atque inficetam: cf. imprimis v. 1129 sqq.) additam esse censeam, quum ea quam ipse Ar. scripserat interiisset. 68

Droysen. l. c. (§. 67) p. 62 Lys. vv. 1216—20, 22—24, 28—40 servo tribuendos censet, qui hero ex epulis redeunti facem praeferat, quum Mein. Hamakerum secutus eos Atheniensi *A* dederit. Quamquam quae est de hujus totius loci personis personarumque vicibus quaestio difficillima est dijudicatu, tamen id pro certissimo affirmari potest certe vv. 1228—38 nullo modo tribui posse servo, quippe quia e 1. pers. plur., qua qui illa dicit constanter utitur (*ὑγιαίνομεν πρεσβεύσομεν κτλ.*), satis appareat hos versus esse civis Atheniensis. 69

Nec feliciorem conjecturam protulit Droysen. p. 52 adn. 68 de P. 725 sq.: *πῶς δῆτ' ἐγὼ καταβήσομαι; -θάρρει, καλῶς· | τῃδὶ παρ' αὐτὴν τὴν θεόν*, ubi quum Trygaeus deinde dicat: *δεῦρ' ὦ κόρα | ἕπεσθον ἅμ' ἐμοὶ θᾶττον*, scribi jussit: *τῃδὶ παρ' αὐτὼ τὼ θεώ* (sc. *Ὀπώραν καὶ Θεωρίαν*), prorsus neglegens adverbio *τῃδί* certum quo Trygaeus descendat indicari locum qui jam manifesto accuratius describatur verbis illis 70

παρ' αὐτὴν τὴν θεόν „juxta, praeter ipsam deae (Pacis) statuam (descendes)“. Cf. de hoc usu pron. *αὐτός* Av. 390: *παρ' αὐτὴν τὴν χύτραν ἄκραν ὁρῶντας ἐγγύς.* R. 162: *ἐγγύτατα παρ' αὐτὴν τὴν ὁδὸν οἰκοῦσιν.* Ach. 139. N. 410. 1038. P. 199. Av. 1482. R. 436. 1119. E. 1107. Pl. 256. 962. frg. 230 b. Krüg. I. 51. 6. n. 9; *τὴν θεόν* autem dictum est pro *τὸ τῆς θεοῦ ἄγαλμα* eadem ratione qua L. 634 sq.: *ἑξῆς Ἀριστογείτονι* — *παρ' αὐτόν* significat „propter, juxta Ar. statuam“, E. 682: *παρ' Ἁρμοδίῳ* „juxta H. statuam“, frg. 186: *παρὰ τοὺς ἀρχεγέτας* „ad statuas eponymorum“ (cf. Hermann. Antiq. publ. §. 111. 2. P. 1183: *προστὰς πρὸς τὸν ἀνδριάντα τὸν Πανδίονος* — schol. *τῶν ἐπωνύμων καὶ ὁ Πανδίονός ἐστιν ἀνδριάς*). Eq. 536 tamen *παρὰ τῷ Διονύσῳ* „juxta D. statuam“ recte Kock. (v. adn) et Velsen. ex emend. Elmsl. mutarunt in *παρὰ τῷ Διονύσου* (sc. *ἱερεῖ*) „juxta D. sacerdotem“ (cf. Ach. 1087).

71 Ubi Ar. causam efficientem indicat, *διά* constanter acc. junxit, genetivo (quem nonnumquam admiserunt Plato [cf. Ast. lex. I. p. 460: e. c. Tim. 57 C: *διὰ τοιούτων αἰτιῶν γέγονε*] et Aristoteles [v. Eucken. über d. Sprachgebr. d. Ar. Berl. 1868 p. 38 sq.: e. c. Polit. 1316 b 14: *πολλῶν οὐσῶν αἰτιῶν δι' ὧν γίνονται αἱ μεταβολαί, οὐ λέγει ἀλλὰ μίαν*]) nusquam nisi Th. 127 ubi dithyrambicorum poetarum sermonem imitans chorum Musarum dicentem facit: *σέβομαι κίθαριν τᾷ φάος ἔσσυτο δαιμονίοις ὄμμασιν ἡμετέρας τε δι' αἰφνιδίου ὀπός* „veneror citharam qua effectum est, ut lux, fulgor (sc. gaudii atque laetitiae: cf. Aesch. Eum. 522: *ἐν φάει καρδίαν ἀνατρέφων*) „emicaret divinis oculis, et nostra subita voce“: respondet igitur *διά* c. gen. dativo *τᾷ.* Quo in loco explicando et restituendo frustra adhuc laborasse mihi videntur interpretes (v. adn. Fritzschii et Engeri). Excidisse aliquid post *δαιμονίοις* numeri docent: Engerus *τέ σου* inseruit, Bergk. Mein. *θεοῦ*, ipse potius *Διός* (*ΔΙΟΣ* post *ΙΟΙΣ*) excidisse censeo. Spectant enim illa verba manifesto ad Apollinem *Μουσηγέτην* qui in coetu deorum *φορμίζων*, *κιθαρίζων* adest canentibus Musis (cf. *Α* 603 sqq.: *οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης, οὐ μὲν φόρμιγγος περικαλλέος ἣν ἔχ' Ἀπόλλων μουσάων θ' αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ.* hymn. Apoll. II. 10 sqq.: *αὐτίκα δ' ἀθανάτοισι μέλει κίθαρις καὶ ἀοιδή. Μοῦσαι*

μέν θ᾽ ἅμα πᾶσαι ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ ὑμνεῦσιν — [23 sq.] αὐτὰρ ὁ Φοῖβος Ἀπόλλων ἐγκιθαρίζει καλὰ καὶ ὕψι βιβάς), quo concentu delectatur pater deorum (h. Apoll. Π. 26 sq.: οἱ δ᾽ ἐπιτέρπονται θυμὸν μέγαν εἰσορόωντες, Λητώ τε χρυσοπλόκαμος καὶ μητίετα Ζεύς. Hes. Theog. 36: Μουσάων ἀρχώμεθα ταὶ Διὶ πατρὶ ὑμνεῦσαι τέρπουσι μέγαν νόον ἐντὸς Ὀλύμπου. 51: ὑμνεῦσαι τέρπουσι Διὸς νόον ἐντὸς Ὀλ.); αἰφνίδιος autem, quod frustra adhuc explicare conati sunt interpretes, frustra tentavit Mein. Vind. p. 147 ἀϊδίου conjiciens, vox Musarum ideo praedicatur, quia ἐπολολύζουσιν Μοῦσαι (cf. Av. 213 sqq.: ἐλελιζομένης ἱεροῖς μέλεσιν γέννος ξουθῆς [sc. lusciniae] καθαρὰ χωρεῖ διὰ φυλλοκόμου σμίλακος ἠχὼ πρὸς Διὸς ἕδρας, ἵν᾽ ὁ χρυσοκόμας Φοῖβος ἀκούων τοῖς ἐλέγοις ἀντιψάλλων ἐλεφαντόδετον φόρμιγγα θεῶν ἵστησι χορούς· διὰ δ᾽ ἀθανάτων στομάτων χωρεῖ ξύμφωνος ὁμοῦ θεία μακάρων ὀλολυγή. 781 sqq.: εἷλε δὲ θάμβος ἄνακτας, Ὀλυμπιάδες δὲ μέλος Χάριτες Μοῦσαί τ᾽ ἐπωλόλυξαν. — Cf. etiam Eq. 616. 1327).

Av. 991: οὔκουν ἑτέρωσε χρησμολογήσεις ἐκτρέχων; In v. 72
ἐκτρέχων offenderunt Hamaker., Bergk., Mein. Ille scribi jussit ἀποτρέχων (quo v. usus est Ar. e. c. N. 1005. Av. 1162. 1549. Th. 711. 1203. 1214. E. 196. 284), quod satis arridet consideranti ἀπό in ἐκ corruptum esse etiam Eq. 728. N. 1296. P. 1221 (v. p. 103 sq.); Bergk. conj. χρησμολεσχήσεις τρέχων (cf. χρησμολέσχης = χρησμολόγος Lycophr. 1419), denique Mein. χρησμολογήσων εἶ τρέχων, cui tamen adversantur loci simillimi Ach. 828: εἰ μὴ ᾽τέρωσε συκοφαντήσεις τρέχων. Av. 1260: οὔκουν ἑτέρωσε πετομένη καταιθαλώσεις τῶν νεωτέρων τινά; 1020: οὐκ ἀναμετρήσεις σαυτὸν ἀπιὼν ἀλλαχῇ; Ach. 1035: ἀπιὼν οἴμωζέ ποι (R. perperam που). Vereor autem ne omnino nulla opus sit mutatione, considerans Diphil. frg. 19: οὐκ ἐκδραμεῖ λαβὼν τόδε; (quod jam Kock. de hac v. ἐκτρέχειν significatione cf. jussit) et verbum ἐκσπεύδειν quod Ar. (solus ut videtur) eadem vi usurpavit Th. 277: ἔκσπευδε ταχέως· ὡς κτλ., ubi inconsiderate Mein. e conj. Hamakeri scripsit καὶ σπεῦδε ταχέως, quod vides Eq. 495: at ibi particula καί imp. σπεῦδε connectitur imperativis qui antecedunt ἔχε νυν ἄλειψον (490) et ἔχε νυν ἐπέγκαψον (493), quum Th. 277 quid καί sibi velit prorsus non intelligatur.

73 Th. 370: miror Bergkium et Mein. retinuisse vulg. *ἄκουε πᾶς:* quum verba fiant ad mulieres, recte coronide appicta *ἄκουε πᾶσ'* scripserunt Fritzsch. in append. et Enger. Cf. autem de hoc usu 2. pers. imp. (v. p. 49 sq.) *σῖγα πᾶς* Ach. 238. *χώρει νυν π.* R. 372. *ἄγε νυν ἄγε π.* P. 512. *φύλαττε, ἄθρει π.* Av. 1190. 1196. *ὑπότεινε δὴ π.* P. 458. *ὕπαγε, μέλπε καὶ γέραιρε πᾶσα, ἐπείγου ἅπασα* Th. 956. 961. E. 502 (*ἕρπε π.* Eur. Rhes. 690. *ἴσχε πᾶς τις* 687 sq. — sed 3. pers. usus est Aesch. Ag. 1622: *ἄγε δὴ ξίφος πᾶς τις εὐτρεπιζέτω*). *παῖε πᾶς* Ach. 282 cl. Eur. Rhes. 685 restituit Bergk. probatus recc. edd. (codd. c. metr. *παῖε παῖε*, quod vides Eq. 247. V. 406. P. 1119); inverso ordine *πᾶς χώρει* P. 301. 555. *πᾶς ἕπου, δίωκε καὶ πυνθάνου* Ach. 204. *πᾶς ἐπίστρεφε* V. 422. *πᾶς ἀνὴρ προθυμοῦ* P. 510, addito v. *ἀνήρ* ut R. 1125: *σιώπα π. ἀνήρ;* cf. Av. 1186: *χώρει δεῦρο πᾶς ὑπηρέτης· τόξευε, παῖε.* Eadem ratione ubi apud imperativos vocativi locum tenet nominativus addito articulo (cf. Krüg. I. 45. 2. n. 6), plerumque vides 2. pers. imp., sive antecedit nom. sive subsequitur, ut videatur nom. accipiendus esse pro appositione pronominis subintelligendi *σύ* vel *ὑμεῖς*: cf. Pl. 1100: *ὁ Καρίων ἀνάμεινον.* Av. 665: *ἡ Πρόκνη | ἔκβαινε καὶ σαυτὴν ἐπιδείκνυ.* R. 521: *ὁ παῖς ἀκολούθει δεῦρο.* 271: *ὁ Ξανθίας βάδιζε δεῦρο.* E. 734: *ἡ χύτρα δεῦρ' ἔξιθι.* R. 608 sq.: *ὁ Διτύλας χὠ Σκεβλύας χὠ Παρδόκας | χωρεῖτε δευρὶ καὶ μάχεσθε τουτῳί.* Ach. 155: *οἱ Θρᾷκες ἴτε δεῦρο.* E. 737: *ἴστω παρ' αὐτήν, δεῦρ' ἴθ' ἡ κομμώτρια.* Eq. 1189: *δεῦρ' ἴθ' αἱ Σπονδαί;* addito pron. *σύ:* E. 739: *σὺ δεῦρ' ἡ κιθαρῳδὸς ἔξιθι.* 730: *χώρει σὺ δεῦρ' ἡ κιναχύρα* (sic enim scribendum censeo [codd. *δεῦρο κιν.*] aequabilitatis causa: 734: *ἡ χύτρα,* 737: *ἡ κομμώτρια,* 739: *ἡ κιθαρῳδός*); cf. etiam R. 40: *ὁ παῖς — οὐκ ἐνεθυμήθης;* Sed tamen nonnumquam etiam 3. pers. vides, non solum ubi is cui quid imperatur non adest (P. 1146: *τὸν Μανῆν ἡ Σύρα βωστρησάτω 'κ τοῦ χωρίου* [hoc fingit chorus]. Av. 1311: *Μανῆς δὲ φερέτω μοι θύραζε τὰ πτερά*)), sed etiam ubi praesens versatur in scena: Ach. 134: *προσίτω Θέωρος ὁ παρὰ Σιτάλκους.* E. 742: *ὁ τὴν σκάφην λαβὼν προίτω.* Ach. 243: *ὁ Ξανθίας τὸν φαλλὸν ὀρθὸν στησάτω* (259 sq.: *ὦ Ξανθία, σφῷν δ' ἐστὶν ὀρθὸς ἑκτέος ὁ φαλλός*):

unde v. antecedenti 242 ex em. Wolfii scribendum censeo aequabilitatis causa: *προΐτω 'ς τὸ πρόσθεν ὀλίγον ἡ κανηφόρος* (codd. *πρόιθ' ὡς τὸ πρόσθεν:* v. p. 49 sq.).

Quae apud Ar. in diverbio valeant leges repetendae 74
praepositionis accuratius exponere juvabit.

1. In simplicibus responsis Ar. praep. repetere solet: v. Av. 803: *ἐπὶ τῷ γελᾷς; — ἐπὶ τοῖσι σοῖς ὠκυπτέροις.* Pl. 130. Eq. 1005 sqq. V. 191. frg. 238. N. 1090 sqq. Av. 608 (cf. Pl. 133: *διὰ τίν'; οὐ διὰ τουτονί;*). P. 224: *εἰς ἄντρον. — εἰς ποῖον; — εἰς τουτί.* Non repetivit *εἵνεκα* R. 1009: *τίνος εἵνεκα χρὴ θαυμάζειν ποιητήν; — δεξιότητος καὶ νουθεσίας* (cf. Frohb. ad Lys. XXXII. 10) et adv. *πλήν* V. 762, ubi tamen subintelligitur etiam in interrogatione: *λέγ' ὅ,τι βούλει πλὴν ἑνός. — ποίου; φέρ' ἴδω. — τοῦ μὴ δικάζειν.*

2. Eadem ratione repetitur praep. ubi quis interrogationi suae ipse conjecturam addit de responsione: L. 997 sq.: *ἀπὸ τοῦ δὲ τουτὶ τὸ κακὸν ὑμῖν ἐνέπεσεν; ἀπὸ Πανός;* Eq. 707: *ἐπὶ τῷ φάγοις ἥδιστ' ἄν; ἐπὶ βαλλαντίῳ;*

3. Ubi quis, quibus verbis alter interrogavit, iisdem respondet, repetit etiam praep.: N. 638 sq.: *τί βούλει μανθάνειν; πότερα περὶ μέτρων ἢ ῥυθμῶν ἢ περὶ ἐπῶν; — περὶ τῶν μέτρων ἔγωγε.* Eq. 1245 sqq.: *πότερον ἐν ἀγορᾷ ἠλλαντοπώλεις ἐτεὸν ἢ 'πὶ ταῖς πύλαις; — ἐπὶ ταῖς πύλαισιν.*

4. Contra non repetitur praep., ubi quis quae alter dixit ita confirmat, ut ea accuratius circumscribat atque determinet: E. 522 sq.: *πόθεν ἥκεις; — οὔ τἄρα παρὰ μοιχοῦ γε φήσεις. — οὐκ ἴσως ἑνός γε.* Pl. 889: *οὐκ ἔπ' ἀγαθῷ ἐνθάδ' ἐστὸν οὐδενί. — μὰ τὸν Δί' οὔκουν τῷ γε σῷ.* R. 1200: *ἀπὸ ληκυθίου σου τοὺς προλόγους διαφθερῶ. — ἀπὸ ληκυθίου σὺ τοὺς ἐμούς; — ἑνὸς μόνου.*

5. Ubi quis mirabundus quae alter dixit repetit per interrogationem, repetit etiam praep.: L. 30 sq.: *ἐν ταῖς γυναιξίν ἐστιν ἡ σωτηρία. — ἐν ταῖς γυναιξίν;* N. 652 sq.: *ἐπαΐονθ' ὁποῖός ἐστι τῶν ῥυθμῶν κατὰ δάκτυλον. — κατὰ δάκτυλον;* R. 1200: *ἀπὸ ληκυθίου σου τοὺς προλόγους διαφθερῶ. — ἀπὸ ληκυθίου;* (Plat. II. 672: *ἐπὶ θύννον. — ἐπὶ θύννον;*). Av. 607 sq.: *τριακόσι' αὐτοῖς ἔτι προσθήσουσ' ὄρνιθες ἔτη. — παρὰ τοῦ; — παρ' ὅτου; παρ' ἑαυτῶν.* Cf. Pl.

393: *Πλοῦτος παρ' ἐμοί. — παρὰ σοί*; L. 488 sq.: *ἵνα τἀργύριον σῶν παρέχοιμεν καὶ μὴ πολεμοῖτε δι' αὐτό. — διὰ τἀργύριον πολεμοῦμεν γάρ*; V. 1143: *ἐν Ἐκβατάνοισι ταῦθ' ὑφαίνεται. — ἐν Ἐ. γίγνεται κρόκης χόλιξ*; Av. 1209 sq.: *κατὰ ποίας πύλας εἰσῆλθες εἰς τὸ τεῖχος; — οὐκ οἶδα μὰ Δί' ἔγωγε. καθ' ὁποίας πύλας*; (sic enim haec scribenda censeo: v. infra s. 6). Itaque V. 474: *ἔσθ' ὅπως ἐς λόγους ἔλθοιμεν ἀλλήλοισι καὶ διαλλαγάς; — σοὶ λόγους ὦ μισόδημε*; recte Hotibius praep. addi jussit, nisi quod non *σοὶ 'ς* scribendum est, sed potius per crasim (Krüg. II. 14. 6. n. 5) *σοὺς* ex emend. Dindorfii (Batavorum more tacite iterata ab Hirschigio ed. Vesp. p. 132). — Perperam autem Mein. (Vind. p. 221) Pl. 1046: *ἔοικε διὰ πολλοῦ χρόνου σ' ἑορακέναι. — ποίου χρόνου ταλάνταθ' ὃς παρ' ἐμοὶ χθὲς ἦν*; quum in vocabulo *ποίου* injuria (v. infra s. 6) offenderet, aut *πόσου χρ.* scribi jussit (ut Ach. 83) aut *πολλοῦ χρόνου*; quod potius *διὰ πολλοῦ χρ.*; dicendum erat.

6. Contra ubi quis singulare aliquod vocabulum quo alter usus est mirabundus vel indignabundus rejicit per pron. interrog. *ποῖος* („was sprichst du mir da von — ?" Krüg. I. 51. 17. n. 12. Reisig. Conj. p. 75. Cf. Soph. Tr. 427. Eur. Hel. 567. Pl. Charm. 174 A. Theaet. 180 B. Lach. 194 D. Euthyd. 291 A. 304 E. Gorg. 490 E; ex Ar.: Ach. 62. 109. 158. 761. Eq. 32. 162. N. 247. 367. 1233. V. 1202. 1369. 1378. L. 730. 922. 971. 1178. Th. 874. R. 529. Pl. 1046) praep. non repetitur: Ach. 61 sq.: *οἱ πρέσβεις οἱ παρὰ βασιλέως; — ποίου βασιλέως;* L. 730 sq.: *ἔρια ὑπὸ τῶν σέων κατακαπτόμενα. — ποίων σέων*; (Antiph. III. 29: *τὸν κότταβον ἀφεὶς ἐπὶ τὴν πλάστιγγα. — πλ. ποίαν;*). [Aliter res se habet ubi quis pron. *ποῖος* ita utitur, ut aliquid accuratius definiri velit atque distingui: repetitam vides praep. P. 223 sq.: *ὁ Πόλεμος αὐτὴν ἐνέβαλ' εἰς ἄντρον βαθύ. — ἐς ποῖον; — ἐς τουτὶ τὸ κάτω*, non repetitum adv. *πλήν* V. 761 sq.: *λέγ' ὅ,τι βούλει πλὴν ἑνός. — ποίου; φέρ' ἴδω. — τοῦ μὴ δικάζειν*, ut *περί* ap. Pl. Reip. 456 A: *τοῦ τοιοῦδε πέρι. — τίνος δή; — τοῦ ὑπολαμβάνειν κτλ.*]. De 3 locis accuratius est disputandum: 1) Pl. 1045 sq.: *ἔοικε διὰ πολλοῦ χρόνου* („post longum tempus" v. p. 89) *σ' ἑορακέναι. — ποίου χρόνου ταλάν-*

ταϑ' ὅς παρ' ἐμοὶ χϑὲς ἦν; quo in loco offendit Mein. Vind. p. 221: „corruptum videtur *ποίον χρόνον*. Chremylo qui dixerat adolescentem a multo inde tempore vetulam non vidisse responderi vix potuit *ποίον χρόνον;* quod esset „quodnam tu tempus dicis"? sed aut *πόσον* ut Ach. 83 aut *πολλοῦ χρόνον*". Hoc posterius dicendum esse potius *διὰ πολλοῦ χρόνου* repetita praep. supra demonstravimus, prius illud autem ideo nullo modo potest comprobari, quia est simpliciter quaerentis, quum vetula dicat illa manifesto indignabunda (*ταλάνταте*). Itaque unice recte se habet pron. *ποῖος*. Quod autem attrib. *πολλοῦ* non repetitum est (exspectaveris enim *ποίον πολλοῦ* [*χρόνου*]; cl. Pl. Euthyd. 304 A: *χαρίεν γέ τι πρᾶγμά ἐστιν ἡ φιλοσοφία.* — *ποῖον, ἔφη, χαρίεν ὦ μακάριε; οὐδενὸς μὲν οὖν ἄξιον*) hoc inde explicari videtur, quod *χρόνος* saepe ita dicitur ut praegnanti vi idem valeat atque *πολὺς χρόνος* (v. Frohberg. ad. Lys. I. 12. 15. XXXII. 5; *διὰ χρόνου* = *διὰ πολλοῦ χρόνου:* v. p. 89). Quae explicatio si non comprobatur, ut efficiatur accurata responsio aut v. 1046 scribendum est, *πολλοῦ ποίου, ταλάνταϑ', ὅς παρ' ἐμοὶ χϑὲς ἦν* (de pron. *ποίον* postposito cf. Antiph. III. 29: *πλάστιγγα ποίαν;*), ut *πολλοῦ* exciderit ante *ποίον* et *χρόνου* sit interpolatoris, *ποίον* autem dictum sit correpta paenultima *οι*, cujus licentiae quae ap. Ar. exstant exempla collegit Kock. ad Eq. 139 (add. Krüg. II. 3. 3. n. 1. Christ. Metr. p. 20): cf. e. c. V. 1368 sq.: *οὐ δεινὰ τωϑάζειν σε τὴν αὐλητρίδα* | *τῶν ξυμποτῶν κλέψαντα;* — *ποίαν αὐλητρίδα*; (quem l. injuria conjecturis tentarunt hh. dd.: v. Bernhardi de inciss. anap. com. l. l.) — aut quod multo simplicius est v. 1045: *ἔοικεν οὗτος* vel *ἔοικ' ἐκεῖνος διὰ χρόνου σ' ἑορακέναι*, ut *πολλοῦ* sit interpolatoris, quae conj. eo commendatur quod ap. Ar. praeter h. l. semel tantum vides *διὰ πολλοῦ χρόνου* (V. 1476), 5ies *διὰ χρόνου* (V. 1252. P. 570. 710. L. 904. Pl. 1055: v. p. 89). 2) Eq. 30 sqq.: *κράτιστα τοίνυν τῶν παρόντων ἐστὶ νῷν* | *ϑεῶν ἰόντε προσπεσεῖν του πρὸς βρέτας.* | — *ποῖον βρέτας; ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ ϑεούς;*: 3. versus numeros redintegrans Dobraeus *ὦ τᾶν* post *βρέτας* inseri jussit: *ποῖον βρέτας, ὦ τᾶν; ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ ϑεούς*; (de numeris qui Dindorfio minus elegantes videntur cf. Christ. Metr. p. 346 sq.

et Bernhardi l. c.), Mein. Vind. p. 5 *φέρ'* ante *ἐτεόν* („*ΦΕΡ* quam proclivi errore ante *ΕΤ* excidere potuerit apertum est"): *ποῖον βρέτας; φέρ' ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ θεούς;* „quod tu mihi narras simulacrum? dic revera credis deos?". Ceterorum hh. dd. conjj. omnes improbandae sunt: Dind. *ποῖον βρέτας πρός;*: at neque iteranda est praep. neque ejus modi anastropha praep. (de qua relegat Dind. ad adnot. ad Soph. O. T. 525!) ferri potest apud Ar., qui quidem praep. non postponit nisi genetivo (v. p. 26 sq.); Porson. *βρέτας; τὸ ποῖον ἐτεόν;*: at necessario servandum est *ποῖον βρέτας;* „quod tu mihi narras dei simulacrum?", quod idem valet de conj. Reisigii *ποίων βρέτας θεῶν;* ceteroquin eo quoque vitiosa quod „*θεός* ne semel quidem apud com. poetas pro monosyllabo est" (Mein.). Denique ei quod Kock. proposuit *ποῖον βρέτας φής;* vel (e vestigiis Rav. pro *γάρ* praebentis *σύ*) *ποῖον βρέτας σύ γ'; ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ θεούς;* repugnat Ar. usus dicendi, qui quidem nomini per pron. *ποῖος* repetito prorsus nihil addere solet, nisi forte exclamationem, aut antepositam eam (Eq. 162: *ὦ μῶρε ποίας κοιλίας;*) aut insertam (L. 1178: *ποιοῖσιν ὦ τᾶν ξυμμάχοις;*) aut postpositam (Pl. 1046: *ποίου χρόνου ταλάντατε;*) — cf. Pl. Euthyd. 304 A: *ποῖον χαρίεν, ὦ μακάριε;* (aliter se habet Eur. J. A. 837: *ποίους γάμους φής;* ibi enim ipsa vox *γάμος* non antecedit): cui legi qui adversetur unum tantum Ar. locum inveni N. 246 sq.: *μισθὸν δ' ὀμοῦμαί σοι καταθήσειν τοὺς θεούς.* — *ποίους θεοὺς ὀμεῖ σύ; πρῶτον γὰρ θεοὶ | ἡμῖν νόμισμ' οὐκ ἔστι,* ubi tamen *ὀμεῖ σύ* corruptum censeo ex *ὦ μῶρε* (cf. N. 1233: *ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τοὺς θεούς;* — *ποίους θεούς;* R. 529: *ταῦτ' ἐγὼ τοῖς θεοῖσιν ἐπιτρέπω.* — *ποίοις θεοῖς;* N. 366: *ὁ Ζεὺς οὐ θεός ἐστιν;* — *ποῖος Ζεύς; οὐ μὴ ληρήσεις· οὐδ' ἔστι Ζεύς*). 3) Av. 1208 sqq.: Pithetaero interroganti *κατὰ ποίας πύλας | εἰσῆλθες εἰς τὸ τεῖχος;* Iris respondet *οὐκ οἶδα μὰ Δί' ἔγωγε κατὰ ποίας πύλας.* Postrema verba *κατὰ ποίας πύλας* quum vix accipi possint pro enuntiato interrogativo quod pendeat e v. *οἶδα*, ut subintelligatur praedicatum *εἰσῆλθον*, consentio cum Mein. qui (Vind. p. 109) post *ἔγωγε* distingui jussit, ut verba *οὐκ οἶδα μὰ Δί' ἔγωγε* per se accipiantur, quae ratio et congrua est concitationi animorum

brevitatique dicendi Iridis et Pithetaeri et eo commendatur quod deinde v. 1220 Pithetaerus quum ex eo quaesiverit Iris *ποίᾳ γὰρ ἄλλῃ χρὴ πέτεσθαι τοὺς θεούς;* verba illius deridens et in usum suum convertens respondet: *οὐκ οἶδα μὰ Δί' ἔγωγε· τῇδε μὲν γὰρ οὔ.* Jam vero quominus probetur mihi quod Mein. verba Iridis *κατὰ ποίας πύλας;* vertit: „quam tu mihi portam narras, per quam introierim“?, obstat non solum repetita praep. *κατά*, sed etiam pron. *ποῖος* diverso deinceps in verbis Pithetaeri et Iridis accipiendum intellectu. Quae ambiguitas facile vitatur ita ut statuamus Iridem postquam indignabunda dixerit *οὐκ οἶδα μὰ Δί' ἔγωγε* („was weiss ich!“) jam secum meditantem, quid omnino sibi velit interrogatio Pithetaeri, mirabundam verba ejus *κατὰ ποίας πύλας* per interrogationem repetere: „per quam portam introierim?“ (sc. quaeris) ut jam *εἰρωνεύεσθαι* videatur Pithetaero (1211): hoc tamen ex usu dicendi vulgari dicendum est potius *καθ' ὁ π ο ί α ς πύλας;* (v. Krüg. I. 51. 17. n. 3. Kock. ad Nub. 214. Av. 164), quod quominus restituamus nihil nos impedit considerantes prorsus eandem corruptelam inveniri Av. 608: *παρὰ τοῦ;* — *παρὰ τοῦ; παρ ἑαυτῶν* (Bekk. *παρ' ὅτου;*). P. 847: *πόθεν δ' ἔλαβες ταύτας σύ;* (sic R., *ταῦτα σύ* reliqui) — *πόθεν; ἐκ τοὐρανοῦ* (Hirschig. *ταύτας;* — *ὁπόθεν;*). Av. 1233 sq.: *τί σὺ λέγεις; ποίοις θεοῖς;* | — *ποίοισιν; ἡμῖν, τοῖς ἐν οὐρανῷ θεοῖς* (ubi Mein. inconsiderate *οἵοισιν;* scripsit, sine causa me judice dubitans restituere *ὁ π ο ί ο ι σ ι ν;* correpta antepaenultima [v. supra], quod praesertim in 1. trim. pede facile excusatur). R. 1424: *ἔχει δὲ περὶ αὐτοῦ τίνα γνώμην;* — *τίνα;* | *ποθεῖ μὲν κτλ.* (ubi, nisi forte totus v. spurius judicandus est ex sent. Mein., aut *τίνα;* connexerim eis quae antecedunt, ut evadat iterata interrogatio: *ἔχει — τίνα γνώμην, τίνα;* [cf. N. 787 sqq. Av. 1122. Th. 715. R. 1339] aut scripserim *τίνα γνώμην; λέγε.*); denique E. 760 sq.: *κακοδαίμων ἄρ' εἶ* | *νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρα.* — *πῶς;* — *πῶς; ῥᾳδίως.* (qui locus graviter corruptus videtur; fortasse lacuna statuenda est: *πῶς;* — *ὅπως; υ* $\underline{\smile}$ | $\bar{υ}$ — *υ* — $\bar{υ}$ — *υ* — $\bar{υ}$ *ῥᾳδίως.*).

Av. 382: *μάθοι γὰρ ἄν τις κἀπὸ τῶν ἐχθρῶν σοφόν* 75
(= *σοφόν τι:* v. Krüg. I. 43. 4. n. 10): quum Rav. pro *κἀπό* praebeat *και* (sine accentu) Kock. conj. poetam scrip-

sisse *καί τι τῶν ἐχθρῶν σοφόν.* At Ar. constanter dixit *μανθάνειν (τι) ἀπό τινος* (ut Theogn. 35, Hdt. saepius e. c. II. 51) vel *παρά τινος:* Av. 375: *ἀπ' ἐχθρῶν πολλὰ μανθάνουσιν οἱ σοφοί.* 376: *παρὰ φίλου | οὐ μάθοις ἂν τοῦτο.* 378: *αἱ πόλεις παρ' ἀνδρῶν ἔμαθον ἐχθρῶν κοὐ φίλων ἐκπονεῖν τείχη.* Th. 22: *πόλλ' ἂν μάθοις τοιαῦτα παρ' ἐμοῦ.* N. 840: *τί δ' ἂν παρ' ἐκείνων καὶ μάθοι χρηστόν τις ἄν*; 886: *αὐτὸς μαθήσεται παρ' αὐτοῖν τοῖν λόγοιν* [qui finguntur personae esse: nam *παρά* c. gen. a comicis pariter atque a scriptoribus Atticis non usurpatur nisi de animantibus; frg. Cephisodori II. 886 corruptum est, Ar. Ach. 1158 autem ineptam conj. Thierschii Aristophan. p. 693 *πάραλος* in *παρ' ἁλός* mutantis recte omnes spreverunt]; *ἀπό* et *παρά* sese excipiunt (ut ap. Hdt. II. 104) V. 1282: *ὤμοσε (αὐτὸν) μαθόντα παρὰ μηδενός, ἀλλ' ἀπὸ σοφῆς φύσεος αὐτόματον ἐκμαθεῖν* [per personae fictionem *παρὰ τῆς φύσεως* dixerunt Xen. Cyr. II. 3. 9: *οὐδὲ παρ' ἑνὸς ἄλλου ἔμαθον ἢ παρὰ τῆς φ.* Cyneg. 13, 4. Isocr. XV. 223. Plut. Mor. 46 E; cf. Xen. An. V. 2. 25: *ἔμαθον τοῦτο παρὰ τῆς τύχης*]. In frg. com. bis vides *μανθάνειν παρά τινος:* Men. 699. mon. 546. Nusquam vero omnino comici dixerunt neque *μανθάνειν ἔκ τινος* (ut Soph. El. 352. Tr. 449. Xenoph.) neque *μ. πρός τινος* (ut Soph. O. C. 12. Phil. 971) neque denique *μανθάνειν τινός*: nam Pl. 376: *κατηγορεῖς γὰρ πρὶν μαθεῖν τὸ πρᾶγμά μου* gen. *μου* pertinet ad *τὸ πρᾶγμα*, respiciens idem simul ad v. *κατηγορεῖς*, E. 244 autem *ἀκούουσ' ἐξέμαθον τῶν ῥητόρων* gen. *τῶν ῥητόρων* pendet e. v. *ἀκούουσα* (cf. Th. 292: *τῶν ῥητόρων ἵν' ἐξακούω*). Dixerunt autem *μανθάνειν (τι) τινός* „discere, cognoscere ab aliquo, audire alqm", ut gen. sit auctoris (Krüg. II. 47. 10. n. 10) Pind. P. III. 141. Aesch. frg. Telephi ap. Ar. R. 1270: *κύδιστ' Ἀχαιῶν Ἀτρέως πολυκοίρανε μάνθανέ μου παῖ.* Soph. O. C. 593. O. T. 545. El. 565. 889. Phil. 369. Eur. Hec. 991 (Aesch. Prom. 701 et Soph. Ant. 1032 additum est part. ut sit fere gen. absolutus: v. Krüg. I. 47. 10. n. 13; cf. Pl. Gorg. 463 D: *ἆρ' ἂν οὖν μάθοις ἀποκριναμένου*; sc. *ἐμοῦ*: de subjecto gen. absoluti subintelligendo cf. Krüg. I. 47. 4. n. 3, ex Ar. Ach. 984. V. 774. E. 401. Kock. ad. Eq. 29), e scriptoribus Atticis solus

ut videtur Xenophon, qui tamen omnino haud raro a mero Atticorum sermone recedit (v. de praep. *σύν* usu pp. 79 et 105): Cyr. I. 6. 44. VIII. 1. 40. VIII. 6. 17. An. IV. 8. 5 (sed *παρά τινος* e. c. An. V. 2. 25. Cyr. II. 3. 9). Ceteri scriptores Attici constanter dixerunt *μανθάνειν (τι) παρά τινος* (de re quae fons est cognitionis *ἔκ τινος*: Lys. XXIII. 13. Pl. Jon. 541 B. Crat. 438 A. Theaet. 192 C. *ἀπό τινος*: Pl. Legg. VI. 772 B. Aesch. Prom. 254 [*ἐκμανθάνειν*]), gen. sine praep. ita tantum videntur admisisse ut *μανθάνειν* significet „intelligere, perspicere" (verstehen), plerumque addito objecto vel toto quod vicem ejus gerat enuntiato (ut gen. sit fere attributivus: Krüg. I. 47. 10. n. 8 et 10; similiter Eq. 803 et *ἀκούειν τινὸς ὅτι φησί κτλ.*: N. 383): cf. Pl. Phileb. 51 C: *εἴ μου μανθάνεις.* 17 A: *τὰ μέν πως δοκῶ σου μανθάνειν.* Theaet. 193 D. Gorg. 488 C: *οὐχ οἷός τ' ἦ μαθεῖν σου τί ποτε λέγεις.* Lach. 189 E. Legg. III. 689 C. Gorg. 517 C: *οὐδὲν παυόμεθα ἀγνοοῦντες ἀλλήλων ὅ,τι λέγομεν.* Itaque loco illo Ar. non probatur mihi conj. Kockii, qui omnino codici R. et ipsi haud paucis librariorum mendis inquinato nimiam nonnumquam me judice tribuit auctoritatem. — Prorsus alia ratio est verbi *πυνθάνεσθαι* cui Ar. (pariter atque scriptores Attici) sine ullo sensus discrimine et *παρά* c. gen. junxit et, quem tamen multo saepius vides, solum gen.: *παρά:* Av. 47. Th. 4. Pl. 594; gen.: N. 482. V. 73. P. 615. 824. Av. 1120. Th. 574. 596. R. 1417. *πυνθάνεσθαί τινά τινος* „sciscitari ex alqo de alqo" Ach. 205 (Alexid. III. 501). Cf. etiam *ἀκούειν τι παρά τινος* Av. 690. R 896 = *ἀκούειν τί τινος* „cognoscere alqd ab alqo" Th. 632; *ἀκούειν τινός* „audire alqm" V. 1381. E. 244. Th. 292 (*ἐξακούειν*).

F. H. Rau de praep. *παρά* usu (Curt. Stud. in gram. 76
gr. et lat. III. 1) p. 18 *ἁρπάζειν (τι) παρά τινος* affert ex Hes. Theog. 914. Ar. Eq 802. Xen. reip. Lac. 3, 9 (add. Cyr. IV. 6. 4), *κλέπτειν (τι) παρά τινος* ex Hes. Op. 51. Hdt. I. 186. Ar. Pl. 358. At Ar. verbis rapiendi, furandi sim. solum gen. personae sine praep. addere solet (qui nonnumquam accipi potest etiam pro attributo objecti): *κλέπτειν τί τινος:* Eq. 110. 436. 1149. V. 238. 1369. 1447. *ἀντεκκλέπτειν:* Ach. 527. *ἁρπάζειν:* Ach. 1160. N. 982. P.

1118. Av. 1460. E. 866. ἀφαρπάζειν: Eq. 1062. ὑφαρπάζειν: Eq. 55. ἐξαρπάζειν: Eq. 708. Th. 691 (ubi μου pro μοι recte restituit Mein. ex em. Hamakeri). Th. 706. συναρπάζειν: R. 1343. frg. 248 (ubi Bergk. perperam gen. ἡμῶν in dat. ἡμῖν mutari jussit). ἀφαιρεῖν: P. 561. 773. Av. 158. L. 1028 (ubi μοι in μου mutandum est cl. 1025: σου κἂν τόδε τὸ θηρίον — ἐξεῖλον ἄν). med.: E. 563 (ἀφαιρεῖσθαί τινά τι: Ach. 464. V. 1380. Th. 935. R. 526. 586. 600. pass. ἀφαιρεῖσθαί τι: N. 169. 625). ὑφαιρεῖσθαι: Eq. 745. V. 1201. Pl. 1139 (cf. Anaxandr. 34). ὑποτέμνεσθαι: Eq. 291 (ἀποτέμνειν Cratin. 402). καταλαμβάνειν: Eq. 857. L. 624. ἀπεσθίειν: Av. 26 (ubi sine causa μου in μοι mutavit Mein. e conj. Cobeti). ἐξεσθίειν: Eq. 1032. παρεσθίειν: Eq. 1026. κατεσθίειν: V. 1114. P. 627. R. 551. 573. ἀποτρώγειν: R. 367. ἐκροφεῖν: V. 1118. ἀπονυχίζειν (= τοῖς ὄνυξιν ἀφαιρεῖσθαι): Eq. 709. ἀποβλίττειν: Av. 498. Jam videamus quid statuendum sit de duobus illis quos Rau ex Ar. attulit locis: 1) Eq. 802: ἵνα μᾶλλον | σὺ μὲν ἁρπάζῃς καὶ δωροδοκῇς παρὰ τῶν πόλεων verba παρὰ τῶν πόλεων manifesto solum ad δωροδοκῇς pertinent, quum ἁρπάζῃς magis in universum dictum sit: cf. 867: καὶ σὺ λαμβάνεις (i. e. ἁρπάζεις), ἢν τὴν πόλιν ταράττῃς. (Ceterum δωροδοκῇς παρὰ τῶν πόλεων dixit Ar. per personae fictionem [v. supra p. 128; cf. Av. 378. δωροδοκεῖν παρά τινος: Lys. XXI. 22. Hyper. IV. 10. 3. λαβεῖν παρά τινος δωροδοκήματα: Plat. com. 115. χρήματα ἔχειν παρά τινος: Ar. V. 102] ut Andoc. I. 40: παρὰ τῆς πόλεως χρήματα λαβεῖν, quum locali intellectu dicere posset etiam ἐκ τῶν πόλεων [cf. Eq. 834: δωροδ. ἐκ Μυτιλήνης. 438: ἐκ Ποτειδαίας ἔχει δέκα τάλαντα] s. ἀπὸ τῶν πόλεων [V. 657: λόγισαι τὸν φόρον ἡμῖν ἀπὸ τῶν πόλεων τὸν προσιόντα. 670 tamen: οὗτοι δωροδοκοῦσιν ἀπὸ τῶν πόλεων e conj. Hamakeri scripserim potius παρὰ τῶν π. per personae fictionem propter ea quae sequuntur: ἐπαπειλοῦντες τοιαυτὶ κἀναφοβοῦντες, δώσετε τὸν φόρον ἢ βροντήσας τὴν πόλιν ὑμῶν ἀνατρέψω]). 2) Altero loco autem Pl. 356 sqq.: εἴ τι κεκλοφὼς — | ἐκεῖθεν ἥκεις ἀργύριον ἢ χρυσίον παρὰ τοῦ θεοῦ verba παρὰ τοῦ θεοῦ non cum part. κεκλοφώς conjungenda sunt („si quidpiam furatus inde venis, aut argentum aut aurum ab Apolline“ Brunck.), quod Ar. dixisset potius sim-

pliciter *τοῦ θεοῦ* (ut V. 1447: *Αἴσωπον οἱ Δελφοί ποτε φιάλην ἐπῃτιῶντο κλέψαι τοῦ θεοῦ)*, sed cum v. *ἥκεις* (qua de liberiore collocatione v. p. 89 sq.), ut *παρὰ τοῦ θεοῦ* significet „e templo dei“ (ut L. 174: *πὰρ τᾷ σιῷ* = *παρὰ τῇ θεῷ* significat „in templo deae“ [= *ἐν τῷ ὀπισθοδόμῳ τῷ τῆς θεοῦ* Pl. 1193], quo de usu praep. *παρά* cf. Ach. 980. E. 696 sqq. Pl. 1046. — N. 766. Pl. 1120. frg. 181. — L. 453. Pl. 391 sqq. Amphid. 23. Mnesim. 10. Men. 328. 548; „domi apud me“ Ter. Eun. IV. 6. 9. Heaut. I. 1. 120. III. 1. 21); adv. *ἐκεῖθεν* autem et ad *ἥκεις* pertinet et ad *κεκλοφώς* (cf. Eq. 110: *τοὺς χρησμοὺς ταχὺ κλέψας ἔνεγκε τοῦ Παφλαγόνος ἔνδοθεν*. — P. 57: *γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον*).

L. 626 sq. (tetr. tr.): *δεινὰ γάρ τοι τάσδε γ᾽ ἤδη τοὺς* 77 *πολίτας νουθετεῖν* | *καὶ λαλεῖν γυναῖκας οὔσας ἀσπίδος χαλκῆς πέρι*. Mein. Vind. p. 127 *χαλκῆς* quod satis otiosum sit clipei epitheton pro substantivo accepit ut dicantur mulieres tamquam fabri ferrarii loqui de clipeo. At subst. in *-εύς* exeuntium acc. plur. nusquam exitum habet in *-ῆς* ut nom. pl. ap. Atticos (cf. *ἀμφορῆς* N. 1203. Pl. 807. *βασιλῆς* Av. 467. *ἱππῆς* Eq. 225. 242. *κωπῆς* L. 422. *πορθμῆς* E. 1086. *χαλκῆς κεραμῆς σκυτῆς βαλανῆς* Av. 490 sq. *Κεραμῆς* R. 1093. *Κικυννῆς* N. 210. *Μεγαρῆς* Ach. 526. 535. 753 P. 481. 500; *Χαιριδῆς* Ach. 866), sed in *-έας* (quod antecedente vocali s. diphthongo, haud ita saepe tamen, in *-ᾶς* contrahitur: cf. *Νεφελοκοκκυγιᾶς* Av. 1040. *Πλαταιᾶς* R. 694) vel in *-εῖς* (jonicam formam nom.), quam tamen terminationem apud posterioris demum aetatis scriptores saepius vides, admodum raro ap. Atticos (Krüg. I. 18. 5. n. 2), nusquam ap. Ar. qui sola terminatione *-έας* usus est: *Ἀχαρνέας* Ach. 177. 200. 203. 224. *Μεγαρέας* Ach. 533. *Χαλκιδέας* Eq. 238. *γονέας* N. 994. *ἱππέας* Ach. 7. Eq. 610. N. 120. 554. L. 676. R. 653 (*-έας* = *υ* —: cf. Krüg. l. c. n. 4) [*τοκῆας* ep. P. 1301 hexam.]. — Accedit quod etiam sententia loci conjecturae Meinekii adversatur: quomodo enim mulieres dici possunt tamquam fabri ferrarii loqui de clipeo, quae quidem ne verbum quidem dixerunt de fabricando clipeo, quae est provincia solorum ferrariorum, sed ideo potius castigantur a choro

senum, quod belli curam ausae sint sibi vindicare (538: *πόλεμος δὲ γυναιξὶ μελήσει*), quae sit solorum virorum, ad mulieres prorsus nihil pertineat (520: *πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει*. 502: *ὑμῖν δὲ πόθεν περὶ τοῦ πολέμου τῆς τ' εἰρήνης ἐμέλησεν;*). Inde facile apparet mulieres non fabris ferrariis comparandas esse, sed potius omnino viris. Neque tamen *χαλκῆς* in *ἄνδρες* („tamquam viri") mutandum est, sed optime se habet attributive vocabulo *ἀσπίδος* adjunctum: locutione *ἀσπίδος χαλκῆς πέρι* enim poetice ipsum bellum significatur (= *περὶ τοῦ πολέμου* 502), quia usus clipei est in bello: cf. P. 1328: *λῆξαί τ' αἴθωνα σίδηρον* (= *λῆξαι πόλεμον*); de simili vocis *δόρυ* apud tragicos usu v. Valcken. ad Eur. Phoen. 762. — Ceteroquin tamen *χαλκῆς* pro *ὥσπερ χαλκῆς* prorsus ex usu Ar. dictum est: significat enim poeta in similitudinibus id, cui quid comparatur non solum addita part. *ὥσπερ* (v. Bamberg. de Rav. et Ven. Ar. codd p. 16 sq. qui demonstrat Ar. in trim. nusquam *ὡς* dixisse in similitudinibus) vel praep. *ἀντί* „instar" (cf. Eq. 364. 1043. Av. 1429. frg. 63; *δίκην* vero ab Ar. ceterisque vet. com. poetis prorsus alienum est [ut ab Homero: Krüg. II. 46. 4. n. 3, et Aristotele: Eucken. l. c. p. 21], bis exstat in med. et nov. com. frg.: ap. Arar. III. 274 et anon. IV. 696), sed etiam ita, ut nomen praedicative ponat (cf. Dobree ad Pl. 314. Adv. II. 137 sq. Fritzsch. ad Th. 1011. Krüg. II. 57. 3. n. 2), sive ad subj. enuntiati referendum est (Ach. 230. V. 19. 144. R. 539. Pl. 295. 308. 314) sive ad obj. (N. 178. L. 695. Th. 18: *ἀκοῇ δὲ χοάνην ὦτα διετετρήνατο* = *ὥσπερ χοάνην* cf. Pl. Reip. III. 411 A: *καταχεῖν τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ὤτων ὥσπερ διὰ χώνης γλυκείας ἁρμονίας*).

78 E. 16 sq.: *καὶ ταῦτα συνορῶν οὐ λαλεῖς τοῖς πλησίον.* | *ἀνθ' ὧν συνείσει καὶ τὰ νῦν βουλεύματα,* | *ὅσα σκίροις ἔδοξε ταῖς ἐμαῖς φίλαις.* Adv. *νῦν* et aor. *ἔδοξε* inter se conciliari non posse qui recte intellexit Schneider. (Philol. XXXIV. 417 sq.) *τὰ νῦν* censet conjungendum esse cum v. *συνείσει*, ut idem valeat atque simpliciter *νῦν* (cf. P. 858: *εὐδαιμονικῶς τὰ νῦν τάδε πράττει.* P. 402 [e conj. Mein. Vind. p. 44]: *κλέπται τὰ νῦν γάρ εἰσι μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ.* E. 823: *τὸ δ' ἔναγχος.* V. 833: *τό γε παραυτίκα.* N. 1510: *τό γε τήμερον.*

Krüg. I. 50. 5. n. 13), ut Praxagora dicat: *ἀνθ' ὧν συνείσει καὶ (τὰ) νῦν, ὅσα βουλεύματα σκίροις ἔδοξε ταῖς ἐμαῖς φίλαις.* At accedit id quod omnes interpretes prorsus fugisse miror, quod verba *ταῖς ἐμαῖς φίλαις* nullo modo possunt recte se habere: qüum enim ipsa quoque Praxagora vel maxime particeps fuerat illius consilii (ut potius dicendum esset *ὅσα σκ. ἔδοξεν ἡμῖν ταῖς γυναιξίν*), tum poeta v. 19 dicere non poterat latiore personarum significatione: *ἀλλ' οὐδεμία πάρεστιν ἃς ἥκειν ἐχρῆν*, si jam v. antecedenti verbis *ταῖς ἐμαῖς φίλαις* accuratius indicasset quaenam essent illae quae deberent venire (scribendum erat potius *ἀλλ' οὐδεμία πάρεστιν αὐτῶν ἐνθαδί* vel simile quid). Quae offensiones omnes facile ita possunt removeri, ut statuamus v. 18 esse interpolatoris (verba *ὅσα σκίροις ἔδοξε* desumpta sunt manifesto e v. 59), qui desideraret accuratiorem significationem et consiliorum illorum (*τὰ νῦν βουλεύματα*) et mulierum *ἃς ἥκειν ἐχρῆν*, qua tamen opus non esse intelliges e Lys. fabulae initio: *ἀλλ' εἴ τις ἐς βακχεῖον αὐτὰς ἐκάλεσεν | οὐδ' ἂν διελθεῖν ἦν ἂν ὑπὸ τῶν τυμπάνων. | νῦν δ' οὐδεμία πάρεστιν ἐνταυθὶ γυνή.* Utroque igitur loco poeta exspectationem excitat latiore rerum personarumque significatione. Ejecto autem v. 18 non solum omnis offensio tollitur, sed simul evadit etiam oratio Praxagorae notanda aequabilitate composita hac: 6 5 6 5 6 (vv. 1—6, 7—11, 12—17, 19—23, 24—29); cf. Hirzel de Eur. in componendis diverbiis arte p. 20 (Eq. 624—682: 8 8 6 6 6 6 6 6 7) et Oeri de respons. ap. Ar. Diss. Bonn. 1865. J. f. Phil. 1870 p. 362 sqq., ubi exemplis responsionum addas etiam E. 1098—1111 (4 3 3 4) et Th. 443—458 (1 + 2 3 4 4 2).

P. 426 sq.: *ὑμέτερον ἐντεῦθεν ἔργον ὦνδρες. ἀλλὰ ταῖς* 79
ἄμαις | εἰσιόντες ὡς τάχιστα τοὺς λίθους ἀφέλκετε. Verbum *εἰσιόντες* nullo modo ferri posse postquam primus perspexit Mein. in adn. cr. („*εἰσιόντες* corruptum videtur: cf. 225“), accuratius deinde demonstravit Droysen. (quaestt. de Ar. re scaen. Diss. Bonn. 1868 p. 10 sq.), jam Kock. (Verisim. p. 206) scribi jussit *εἶα πάντες* (cll. 458: *ὑπότεινε δὴ πᾶς.* 459: *ὦ*

εἶα. 460: εἶα μάλα): miror eum fugisse quod multo simplicius est εἶ' ἰόντες ὡς τάχιστα τοὺς λίθους ἀφέλκετε „he, kommt und zieht schnell die Steine weg“: ingrediantur enim choreutae necesse est gradus scalae quae ex orchestra in scenam ducit, ut lapides detrahant quibus coacervatis obtectum est antrum (quod in scena, neque vero in orchestra fuisse demonstravit Geppert die altgriech. Bühne p. 166). Cf. autem de part. illo ἰών e. c. Ach. 954: ὑπόκυπτε τὰν τύλαν ἰὼν Ἰσμήνιχε (et quos infra recensebo locos). — Corruptum mihi videtur part. εἰσιών etiam Ach. 201 sq. ubi Dicaeopolis dicit: ἐγὼ δὲ πολέμου καὶ κακῶν ἀπαλλαγεὶς | ἄξω τὰ κατ' ἀγροὺς εἰσιὼν Διονύσια. Nam quum deinde (237—279) in ipsa scena coram spectatoribus pompam bacchicam instituat Dicaeopolis, εἰσιών manifesto significare nequit „domum intrans“ (sc. scena relicta), neque magis vero „scenam (iterum) intrans“. Quae quum intellexisset Droysen. (l. c. p. 10), h. l. εἰσιών tertia quam hujus verbi statuit significationem, accipi jussit, qua vertendum sit: „domum (i. e. rus) ibo ibique Dionysia agam“. At ubicunque εἰσιέναι significat „domum ire“, propria vi servata indicat ipsam domum, ipsas aedes intrari (v. locos quos ipse Droysen. congessit p. 8). Jam quum pompa extra domum, extra aedes instituatur in publico, ne ita quidem εἰσιών ferri potest. Exspectatur potius simplex ἰών, ut e verbis quae antecedunt κατ' ἀγρούς subintellegatur ἐς τοὺς ἀγρούς s. εἰς ἀγρόν (cf. p. 40 sqq.) — cf. 266 sq.: ἐς τὸν δῆμον ἐλθών. Quum autem uni Dicaeopolidi liceat Dion. ruralia agere, quippe qui unus solus Atheniensium indutias pepigerit cum Lacedaemoniis (cf. 130 sq.: ἐμοὶ σπονδὰς ποίησον μόνῳ. 1133: ὑμεῖς δὲ πρεσβεύεσθε καὶ κεχήνατε), conjicio poetam scripsisse: ἄξω τὰ κατ' ἀγροὺς εἷς ἰὼν Διονύσια „ich werde gehen und die ländl. D. allein feiern.“ (Conj. Gentii [Mnem. III. 254] ἑστιῶν refellere vix attinet). Part. praes. ἰών sim. futuro addita vides P. 49: εἰσιὼν τῷ κανθάρῳ δώσω πιεῖν. 288: ἐγὼ δὲ δοίδυκ' εἰσιὼν ποιήσομαι. Pl. 768: ἰοῦσ' εἴσω κομίσω καταχύσματα. Eq. 154: ἐγὼ δ' ἰὼν προσκέψομαι τὸν Παφλαγόνα. 475: εἰς βουλὴν ἰὼν ἐρῶ. Pl. 318: ἰὼν βουλήσομαι ξυνεῖναι. frg. 6: ἰὼν πέψω πλακοῦντα (conj. Dind.; codd. νῷν). N. 1005: εἰς Ἀκαδήμειαν κατιὼν ἀποθρέξει.

L. 1021: *ἐνδύσω σε προσιοῦσα.* N. 1028: *διδάξομαι βαδίζων εἰς τὸ φροντιστήριον.* L. 610: *τοῖς προβούλοις ἐμαυτὸν ἐπιδείξω βαδίζων.* Av. 1162: *ἀποτρέχων ἀπονίψομαι.* Av. 1020: *οὐκ ἀναμετρήσεις σαυτὸν ἀπιὼν ἀλλαχῇ;* Av. 1260: *οὔκουν ἑτέρωσε πετομένη καταιθαλώσεις τῶν νεωτέρων τινά;* Av. 991: *οὔκουν ἑτέρωσε χρησμολογήσεις ἐκτρέχων;* (v. §. 72). Ach. 828: *εἰ μὴ 'τέρωσε συκοφαντήσεις τρέχων* (sed. part. aor.: V. 832: *ἀλλ' ἐγὼ δραμὼν αὐτὸς κομιοῦμαι — ἔνδοθεν ὅ,τι ποτὲ χρῆμα.* P. 319: *ἐκδραμὼν ταυτὶ συνταράξει.* Th. 711: *ἀποδρὰς λέξεις*); *βούλομαι* c. inf. aor. adjunctum habet part. praes.: N. 1212: *εἰσάγων σε βούλομαι ἑστιᾶσαι* — part. aor.: E. 510: *βούλομαι εἴσω παρερπύσασα καταθέσθαι θοἰμάτιον.* Pl. 1088: *τῷ θεῷ βούλομαι ἐλθὼν ἀναθεῖναι τοὺς στεφάνους τούσδε.* Cf. etiam Eq. 130: *κράτιστα — ἐστὶ νῷν, θεῶν ἰόντε προσπεσεῖν του πρὸς βρέτας.* 1311: *καθῆσθαί μοι δοκεῖ εἰς τὸ Θησεῖον πλεούσας.* L. 245: *ἡμεῖς ταῖσιν ἐν πόλει ξυνεμβάλωμεν εἰσιοῦσαι τοὺς μοχλούς.* Apud praeterita part. praes. *ἰών* vides (cf. Dobr. Adv. II. 319) V. 99: *ἰὼν παρέγραψε* (de re saepius facta). P. 972: *ἐς ταὐτὸ τοῦθ' ἑστᾶσ' ἰόντες χωρίον.* V. 391: *ᾤκησας ἐπίτηδες ἰὼν ἐνταῦθ' ἵνα ταῦτ' ἀκροῷο.* Ach. 524: *πόρνην ἰόντες Μεγαράδε νεανίαι κλέπτουσι* (praes. hist. = *ἔκλεψαν*). Denique imperativis praes. et aor. sine ullo discrimine et part. praes. adjungitur et part. aor.: 1) imp. praes. a) cum part. praes.: Ach. 954: *ὑπόκυπτε τὰν τύλαν ἰών.* P. 1294: *ᾆδ' ἰών.* Av. 1310: *ἰὼν τοὺς κοφίνους ἐμπίμπλη.* P. 428: *εἶ' ἰόντες τοὺς λίθους ἀφέλκετε* (v. supra). Ach. 1035: *ἀπιὼν οἴμωζέ ποι.* V. 177: *εἰσιὼν τὸν ὄνον ἔξαγε.* P. 1253: *πώλα βαδίζων αὐτά.* Pl. 1103: *ἐκκάλει τὸν δεσπότην τρέχων* (ubi manifesto errat Mein. qui quidem Vind. p. 223 contendit pro *τρέχων* exspectari aor. *δραμών*, quo in tali oratione constanter usus sit Ar.; debebat hoc exemplis demonstrare). b) cum part. aor.: N. 89: *μάνθαν' ἐλθών.* 839: *ἐλθὼν μάνθανε.* 110: *ἐλθὼν διδάσκου.* 815: *ἔσθι' ἐλθών.* L. 365: *ἅπτου προσελθών.* 2) imp. aor. a) cum part. praes.: Eq. 1211: *τὴν κίστην ἰὼν ξύλλαβε.* 970: *ἔνεγκ' αὐτοὺς ἰών.* P. 1219: *ἔνεγκ' εἰσιὼν τὰς ἰσχάδας.* Th. 930: *δῆσον αὐτὸν εἰσάγων.* P. 259: *οἶσ' οἶσ' ἀλετρίβανον τρέχων* (e conj. Dobr. ad N. 633; codd. *οἴσεις*: cf. Krüg. I. 53. 7. n. 4; de imp. *οἶσε* cf. Kock. ad

R. 482). N. 1164: *ὃν κάλεσον τρέχων ἔνδοθεν ὡς ἐμέ.* b) cum part. aor.: L. 413: *ἐλθὼν ἐνάρμοσον.* 419: *ἐλθὼν χάλασον.* Theopomp. 70: *εἴσω δραμὼν αἴτησον.* Pl. 222: *ταχέως δραμὼν τοὺς ξυγγεώργους κάλεσον* (ubi prorsus non intelligitur cur Mein. in adn. crit. conjecerit scrib. esse *τρέχων*).

80 N. 1427: *σκέψαι δὲ τοὺς ἀλεκτρυόνας καὶ τἄλλα τὰ βοτὰ ταυτί.* Kock. (ed. III.) dicit in adn. „*οὑτοσί* bezeichnet nicht immer sinnlich anwesende, sondern zuweilen auch blos dem geistigen Auge gegenwärtige Dinge“, cujus usus quattuor e frgg. com. affert exempla. At nullum addit ex ipso Ar. ac ne ipse quidem ullius memini loci ad persuadendum idonei (Ach. 427: *Βελλεροφόντης ὁ χωλὸς οὑτοσί* Eur. qui haec dicit monstrat personam atque vestimenta Bellerophontis quae prope jacent pariter atque Oenei pronomine *ὁδί* v. 418: *Οἰνεὺς ὁδί*). Immo constanter quod sciam Ar. pronomina demonstrativa quae exeunt in *-ί* usurpavit de eis quae sensibus percipiantur, aut de rebus vel personis, quae praesentes versantur ante oculos spectantium, aut de eis quae dicta sunt ab actoribus, audita a spectantibus (cf. e. c. P. 64 sq.: *τοῦτ' ἐστὶ τουτὶ τὸ κακὸν αὔθ' οὑγὼ 'λεγον· | τὸ γὰρ παράδειγμα τῶν μανιῶν ἀκούετε* — sc. quae Trygaeus dixit v. 62 sq.). Itaque N. 1427 scribendum censeo *τὰ βοτὰ ταῦτα* cll. 1370: *σὺ δ' ἀλλὰ τούτων | λέξον τι τῶν νεωτέρων ἅττ' ἐστὶ τὰ σοφὰ ταῦτα.* 349: *ἄγριόν τινα τῶν λασίων τούτων.* 971: *τὰς κατὰ Φρῦνιν ταύτας* (sc. *τὰς καμπάς*): eadem ratione *ταῦτα* in *ταυτί* corruptum est e. c. V. 1290 in R. *Γ.* et ap. Suid., *τοῦτον* in *τουτονί* R. 429 in codd. omnibus praeter C E (sed *ταυτί, τουτί* in *ταῦτα, τοῦτο* P. 1204. Av. 1365 in Rav.).

81 Menand. mon. 375: *ἴσον ἐστὶν εἰς πῦρ καὶ γυναῖκας ἐμπεσεῖν*: quum inter se exaequentur *τὸ εἰς πῦρ ἐμπεσεῖν* et *τὸ εἰς γυναῖκας ἐμπεσεῖν* vix ferri potest praep. *ἐς* ad *γυναῖκας* omissa: quae tamen facillime inseri potest ita ut scribatur: *ἴσον ἐστὶν εἰς πῦρ κἀς γυναῖκας ἐμπεσεῖν.*

82 Th. 386: *προπηλακιζομένας ὁρῶσ' ἡμᾶς ὑπὸ | Εὐριπίδου.* Interpretes quod sciam omnes de praep. *ὑπό* in fine trimetri collocata monere neglexerunt. Cujus collocationis, qua praepp. vel advv. a nomine, trimetri fine disjungantur, haud ita multa exempla exstant ap. poetas scenicos;

5 ap. Aesch. (Ag. 1271: μετὰ | φίλων [Herm. μέγα]. Eum. 238: πρὸς | ἄλλοισιν οἴκοις. Pers. 426: ὁμοῦ | κωκύμασιν. Ag. 283: δίκην | φαιδρᾶς σελήνης. 1229: δίκην | ἄτης λαθραίου), 4 ap. Soph. (O. C. 495: ἐν | τῷ μήτε σωκεῖν μήθ' ὁρᾶν. O. T. 555: ἐπὶ | τὸν σεμνόμαντιν ἄνδρα. Phil. 626: ἐπὶ | ναῦν. Aj. 768: δίχα | κείνων), 1 ap. Eur. (Phoen. 1317: ἥκω μετὰ | γέρων ἀδελφήν — ubi tmesim nullo modo licet statuere: cf. Krüg. II. 68. 48. n. 5), 1 ap. Ar. (Th. 386: ὑπὸ | Εὐριπίδου), 8 in med. et nov. com. frgg. (Axionic. III. 534: μετὰ | Φιλοξένου. Timocl. III. 607: μετὰ | χαμαιτύπης. Demonic. IV. 570: μετὰ | τὸ δεῖπνον. Aristophont. III. 357: πρὸς | κλιμάκιον. Men. IV. 305: πρὸς | τοὔλαιον. Eubul. III. 216: ἄνευ | μισθοῦ. Apoll. Car. IV. 442: μέχρι | ἐτῶν τριάκοντα. Eubul. III. 244: καταντικρὺ | τῆς οἰκίας). — Simillimae praep. collocandae rationes tres notandae videntur: 1) prima qua praep. (s. adv.) medio in versu priore posita uno pluribusve vocabulis, plerumque gen. attributivo sejungatur a nomine, quod sequitur in altero versu: Aesch. Ag. 308: ἔς τ' ἀφίκετο | Ἀραχναῖον αἶπος. Prom. 808: πρὸς ἡλίου | — πηγαῖς. (Soph. hanc collocationem videtur vitasse). Eur. Andr. 885: πρὸς Διὸς | μαντεῖα. J. T. 375: εἰς Πηλέως | μέλαθρα. Tr. 427: εἰς Ὀδυσσέως | — μέλαθρα. Cycl. 348: ἐς ἀνδρὸς ἀνοσίου | γνώμην. Ar. Eq. 22: ἐξόπισθε — | — — του μόλωμεν. E. 1089: κατὰ τὸ Καννωνοῦ — | ψήφισμα. 2) altera qua bisyllaba praep. media inter attrib. et nomen s. inter nomen et attrib. inserta extremum trimetri pedem expleat: Aesch. Ag. 1037: πολλῶν μετὰ | δούλων. Eum. 114: τῆς ἐμῆς περὶ | ψυχῆς. Pers. 460: τοξικῆς τἀπὸ | θώμιγγος. Soph. Aj. 720: Μυσίων ἀπὸ | κρημνῶν. O. C. 737: ἀνδρῶν ὑπὸ | πάντων. Tr. 539: μιᾶς ὑπὸ | χλαίνης. Aj. 1311: τῆς σῆς ὑπὲρ | γυναικός. O. C. 312: Αἰτναίας ἐπὶ | πώλου. Ant. 189: ταύτης ἐπὶ | ὀρθῆς. O. T. 455: ξένην ἐπὶ | — γαῖαν. Tr. 557: τοῦ δασυστέρνου παρὰ | Νέσσου. O. C. 664: ἐμῆς ἄνευ | γνώμης. Eur. Jon. 262: γενναίων τἀπὸ | — πατέρων. Andr. 149: οὐ τῶν Ἀχιλλέως οὐδὲ Πηλέως ἀπὸ | δόμων. [Rhes. 397: Ἀργείων ὑπὸ | — πολεμίων]. Jon. 1220: τῆς Ἐρεχθέως ὑπὸ | ξένης γυναικός. Andr. 887: ξυγγενοῦς — περὶ | γυναικός. El. 6: ὑψηλῶν δ' ἐπὶ | ναῶν. Alc. 66: ἵππειον μετὰ | ὄχημα Cycl. 283: μιᾶς χάριν |

γυναικός. Ar. P. 105: *Ἑλλήνων περὶ | ἁπαξαπάντων.* (Num anastropha accentus statuenda esset, jam veteres grammatici inter se dissidebant: v. Krüg. II. 68. 4. n. 5). 3) Praep. monosyllabam eadem ratione collocatam vides ab initio alterius trimetri: Eur. Hel. 982: *ἐμὸν | πρὸς ἧπαρ.* Andr. 262: *ἕδρας | ἐκ τῆσδε.* — Advv. ab initio alterius versus vides, quum antecedat in priore versu gen. qui pendet: Eur. Or. 640: *τῶν σμικρῶν λόγων | ἐπίπροσθεν* et Aesch. Eum. 759: *Παλλάδος καὶ Λοξίου | ἕκατι καὶ τοῦ πάντα κραίνοντος τρίτου | σωτῆρος.*

83 Ubi quid ab exterioribus rei alicujus removeri vel provenire dicitur, constanti consuetudine Ar. *ἀπό* usurpavit (Ach. 584. N. 1273. V. 883. 1032. 1370. P. 159. 755. Av. 674. 840. L. 1083. Th. 261. 691. 827. Pl. 678. frg. 292), *ἐκ* ita tantum admisit, ut illud ipsi rei inhaerere cogitandum sit: cf. Ach. 1103: *ἔνεγκε δεῦρο τὼ πτερὼ τὼ 'κ τοῦ κράνους:* pennae enim in ipso casside defigebantur (sed 584: *φέρε νυν ἀπὸ τοῦ κράνους ἐμοὶ πτερόν* — v. p. 37), frg. 206: *τὴν μάλθαν ἐκ τῶν γραμματείων ἤσθιον*: cera enim tabellarum (duplicatarum) oris marginibusque paullum editis undique continebatur et circumcludebatur (cf. Hdt. VII. 239: *δελτίον δίπτυχον λαβὼν τὸν κηρὸν αὐτοῦ ἐξέκνησε.* Poll. X. 57: *ὁ ἐνὼν τῇ πινακίδι κηρὸς μάλθη*). Itaque E. 507: *ῥιπτεῖτε χλαίνας, ἐμβὰς ἐκποδὼν ἴτω*, ubi Mein. recte offendit in adv. *ἐκποδών*, quod quum oppositum sit adverbio *ἐμποδών* (V. 247. P. 315. 473 al.) constanter dicitur de eis quae e propinquitate loci removentur, plerumque ubi quis abscedere jubetur ab altero (cf. Ach. 240. 305 [solus R. *ἐκποδῶν*, uno tamen tenore ut L. 909: *'κποδῶν*]. Eq. 957. 1151. V. 949. 1325. 1341. P. 1264. L. 848. 909. Th. 36 [Junt. *ἐκ ποδῶν*]. 293. R. 853. E. 134. Nicoph. III. 848. mon. 32; eodem sensu *ἐκ ποδῶν* e com. solus dixit Nicostr. 21: *ἀπενεγκάτω μοι τὴν τράπεζαν ἐκ π. — λαβοῦσ' ἀπένεγκε ταύτην ἐκ π.*), id quod Mein. proposuit Dind. probatus *ἐκ ποδῶν* ita tantum ferri potest, ut statuatur Ar. illis verbis tragicum aliquem ridere (ut Pl. 9: *Λοξίᾳ | ὃς θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου* [de collocatione praep. v. §. 88]: cf. Eur. J. T. 976: *Φοῖβος αὐδὴν τρίποδος ἐκ χρυσοῦ λακών.* Or. 285 sqq.), quod quidem admodum verisi-

mile fit et inde quod idem conjiciendum videtur de v. insequenti: *χάλα συναπτοὺς ἡνίας λακωνικάς* (Mein. Vind. p. 195: „si Ar. est hic v., credam poetam nescio quem tragicum rideri qui *ἡνίας* pro corrigiis dixerat"; proprie enim *χαλᾶν τὰς ἡνίας* significat „habenas remittere": cf. Pl. Protag. 338 A) et ex vocc. *χλαίνας, ἐμβάς, βακτηρίας* (509) tragg. more sine articulo positis. — Quo usu dicendi Ar. enucleato jam nullo modo probari posse patet quod

N. 177 sqq.: *κατὰ τῆς τραπέζης καταπάσας λεπτὴν* 84
τέφραν, | *κάμψας ὀβελίσκον, εἶτα διαβήτην λαβὼν* | *ἐκ τῆς παλαίστρας θυμάτιον ὑφείλετο*, quum Rav. a. 1. m. v. 177 praebeat *κατὰ τῆς παλαίστρας* (a 2. m. pariter atque cett. ll. omnes 177 *κατὰ τῆς τραπέζης*, 179 *ἐκ τῆς παλαίστρας*) Teuffel. e conj. Thierschii (Comm. class. philol. Acad. Monac. 1835. p. 647 sqq.) vocabulis *τραπέζης* et *παλαίστρας* inter se permutatis scripsit: *κατὰ τῆς παλαίστρας καταπάσας λεπτὴν τέφραν*, | *ἐκ τῆς τραπέζης θυμάτιον ὑφείλετο*, quod Ar. dixisset potius *ἀπὸ τῆς τραπέζης* (ut Pl. 678: *ὁρῶ τὸν ἱερέα τοὺς φθοῖς ἀφαρπάζοντα — ἀπὸ τῆς τραπέζης τῆς ἱερᾶς*. frg. 292: *ἀπὸ τῆς Διιτρέφους τραπέζης*). Ceterum de hoc toto loco fusius est disputandum. Teuffelio quidem illa demum ratione sententia loci perspicua et apta reddita videtur. Sic statim ab initio, ut par sit, scenam facti indicari ac suum cuique tribui, palaestrae cinerem, mensae sacrificium. Adstare autem Socratem in palaestra prope aram ejusque mensam, in qua sint sacrificii facti reliquiae. Circa hanc aram arenam non fuisse; itaque spargere eum humum cinere ex ara illa desumto, deinde veruculum, cujus in sacrificio usus fuisset, curvare eoque uti ad geometricas figuras in cinere describendas. Quas dum contemplentur circumfusi ipsumque audiant eas explicantem, Socratem manu sinistra ex propinqua mensa hostiam surripere et in pallio condere. Haec omnia si ipse poeta dixisset bene se haberent: at pleraque non dixit, sed subaudiverunt interpretes illi suo arbitrio. Quonam tandem verbo significavit poeta palaestrae partem arae ejusque mensae proximam nudam fuisse arena? quam solam partem cinere sparsisse Socratem, quomodo indicari potest verbis *κατὰ τῆς παλαίστρας καταπάσας λεπτὴν τέφραν*?

quae potius patet non posse non referri ad totius palaestrae humum. — Si vero vulgaris ordo verborum servatur, non solum offensioni est articulus mensae nondum notae praepositus (*κατὰ τῆς τραπέζης*) neque apparet, e quonam palaestrae loco Socr. hostiam surripuerit („furtum autem ex ea ipsa in qua delineabatur mensa commissum non potuisset non conspici" Teuffel.), sed omnino tota narratio abrupta est omnique caret perspicuitate, quod vitium non tollitur lacuna (de qua cogitavit Kock.) inter vv. 178 et 179 statuta. Me judice autem non solum quae his versibus 175—179 narrantur male se habent, sed etiam qui proxime antecedunt vv. 169—174: quibus duabus narrationibus nexus progressusque sententiarum prorsus conturbatur. Strepsiades enim quum aere alieno uxoris ac filii prodigis moribus conflato liberari cupiat, Phidippidem filium hortatur, ut a Socrate addiscat novas disputandi et dicendi artes, quibus ut injuria verti soleat in justum, ita debita quoque desolvendi spes sit. Quod quum non potuerit filio persuadere, senex semet ipsum in Socratis disciplinam traditurus adit ejus domum. Quum rusticorum more portam vehementer pulsarit, egreditur unus e discipulis Socratis et increpat eum, quod cogitationem animo conceptam excusserit. Jam quum ex eo quaesiverit Str., quaenam fuerit illa cogitatio, simul semet ipsum in Socratis disciplinam traditurum se esse professus, exponit ille, qua ingeniosa ratione Chaerephon auctore Socrate permessus sit quot suos ipsius pedes saliat pulex. Admiratur Str. mentis illam subtilitatem, vehementer animo commotus (153: *ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν* — cf. N. 2. V. 625. R. 1278. Pl. 1095. L. 967. Aesch. Pers. 532. Ag. 355). Jam discipulus, ut eum etiam magis incitet ad admirationem, ad alterum etiam praeclarius Socratis inventum exponendum procedit (154: *τί δῆτ' ἂν* [sc. *λέγοις*] *ἕτερον εἰ πύθοιο Σωκράτους φρόντισμα*; locutione *τί δῆτ' (ἂν)* „quid vero?" gradatio ad majus indicatur: cf. Ach. 1011. N. 769. P. 859. 863. 916. L. 399. Luc. vit. auct. 26): investigasse eum culicem non ore canere, sed podice. Inde jam tam vehementer commovetur Str., ut exclamet: *ὦ τρισμακάριος τοῦ διεντερεύματος*: et quantum fructum ipse percipere possit ex ejusmodi disciplina intelligens addat: *ἦ*

ῥᾳδίως φεύγων ἂν ἀποφύγοι δίκην ὅστις δίοιδε τοὔντερον τῆς ἐμπίδος. Jam quid aliud fieri censemus quam ut extemplo in disciplinam Socratis recipi cupiat? vel certe ut discipulus, quo etiam magis admirationem ejus augeat, aliud quoddam etiam ingeniosius addat commentum? At longe aliter procedit colloquium. Discipulus quum modo ut par erat Strepsiadem ad admirationem magistri inflammarit, jam risum ejus movet narrans nuper sublimem cogitationem (γνώμην) abreptam esse Socrati a stellione, qui dum ille noctu investigarit lunae vias et conversiones sursumque spectarit ore hianti, de tecto eum concacaverit. (Ceterum neque ejusmodi rerum caelestium pervestigatio recte γνώμη dici potest neque stellio eam ἀφαιρεῖ [nam quod quis ἀφαιρεῖ jam ipse possidet], sed potius κωλύει ἐπέχει „interrumpit, interpellat", quod v. 137 et 139 dicitur ἐξαμβλίσκειν). Gaudet Strepsiades (174: ἥσθην γαλεώτῃ κατασχέσαντι Σωκράτους), discipulus autem ne verbo quidem eum increpat, quod Socratem magistrum derideat, sed potius vel eo descendit, ut narret qua subdola ratione vesperi proximi diei Socrates sibi ipsi discipulisque coenam comparit. Jam hoc commentum facile patet prorsus nihil valere ad res Strepsiadis: neque enim recte dicit Kock. ad v. 176: „Streps. will das Kunststück des Socr. schnell kennen lernen, weil er etwas Aehnliches auch für seine Lage braucht": Strepsiadem inopia ciborum nondum premi docent vv. 190. 1146 sq. (669). 1212. 1354; agitur ei non de comparandis, sed de servandis potius ἀλφίτοις (cf. 106: εἴ τι κήδει τῶν πατρῴων ἀλφίτων), qua de causa jam Socratis disciplinam petit ut discat περὶ τῶν τόκων ὅπως ἂν ἀποδῶ μηδενί (739). Itaque si h. l. jam cogitaret de coena subdole comparanda, manifesto desperaret de Socratis disciplina, cui tamen aperte adversantur quae summa confidentia modo dixit v. 166 sq. Nihilominus Str. hoc commento Socratis prorsus nihil ad ipsius res valente adeo commovetur, ut acerrime instet discipulo ut scholam sibi aperiat et Socratem ipsum ostendat (181 sqq.: ἄνοιγ' ἄνοιγ' ἀνύσας τὸ φροντιστήριον κτλ.): nonne quivis intelligit haec non locum habere nisi post v. 166 sqq., ubi Str. ex eis quae narravit discipulus, perspexit quantum fructum ipse e Socratis disciplina percipere possit? Itaque

non dubito quin v. 181 sqq. post v. 168 collocandi sint, ut Str., postquam discipulus de culicis intestino exposuit, jam haec dicat: *σάλπιγξ ὁ πρωκτός ἐστιν ἄρα τῶν ἐμπίδων. | ὦ τρισμακάριος τοῦ διεντερεύματος. | ἦ ῥᾳδίως φεύγων ἂν ἀποφύγοι δίκην, | ὅστις δίοιδε τοὔντερον τῆς ἐμπίδος. | ἄνοιγ᾽ ἄνοιγ᾽ ἀνύσας τὸ φροντιστήριον | καὶ δεῖξον ὡς τάχιστά μοι τὸν Σωκράτην. | μαθητιῶ γάρ· ἀλλ᾽ ἄνοιγε τὴν θύραν.* Versus 180 autem optime se habet post v. 153 collocatus, ubi praedicat Str. qua animi subtilitate Chaerephon pulicis saltum permessus sit: *ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν. | τί δῆτ᾽ ἐκεῖνον τὸν Θαλῆν θαυμάζομεν;* (cf. N. 2 sq. ubi exclamationem *ὦ Ζεῦ βασιλεῦ* eadem ratione excipit interrogatio; Thales autem proverbii loco dicebatur pro sapiente: cf. Av. 1010 ubi Meton, qui *γεωμετρῆσαι βούλεται τὸν ἀέρα* 995, dicitur *ἄνθρωπος Θαλῆς*; add. Plaut. Capt. II. 2. 24. Bacch. 122. Rud. IV. 3. 64); facillime autem excidere poterat illo loco v. 180, quia versus qui sequitur 154 ab iisdem incipit vocc.: *τί δῆτ᾽ ἂν ἕτερον εἰ πύθοιο Σωκράτους | φρόντισμα.* Vv. 169—179 vero ab hoc loco quo traditi sunt prorsus alienos esse satis mihi videor demonstrasse, quamquam unde irrepserint, quae est conditio critica Nubium fabulae, dijudicare non ausim; conjecerim tamen relictos eos esse e priore Nubium editione, in qua Str. fusius collocutus videtur cum Socratis discipulis (cf. Kock. ed Nub. praef. §. 38), ut versus illi sint diversorum discipulorum res domesticas imprudenter effutientium.

85 Quod supra dixi N. v. 180 facillime excidere potuisse ante v. 154, quippe qui ab iisdem incipiat vocabulis, haud paucis confirmatur exemplis quae h. l. congerere liceat.

A) Propter similitudinem exitus (homoioteleuton) duorum versuum.

a) continuorum *α)* prior excidit:

1) P. 186 in Ven. a 1. m. (186, 187: *μιαρώτατος* [187 om. R.]). 2) Ach. 1141 in R. (1141, 42: *τὰ πράγματα* [1142 om. *ΑΓ*]).

β) posterior excidit:

1) N. 114 in R. V. (113, 114: *ἥττονα*). 2) N. 690 in R. (689, 690: *Ἀμυνία*). 3) N. 1100 in R. V. (1099: *τον-*

τονί, 1100: *ἐκεινονί*). 4) Ach. 917 in R. (916, 917: *διὰ θρυαλλίδας*). 5) R. 1431 b in V. et 3 codd. Brunckii [1431, 31 b: *ἐν πόλει τρέφειν*). 6) R. 1453 in R. (1452, 53: *Κηφισοφῶν*). 7) Pl. 712 in R. (711, 712: *κιβώτιον*). 8) P. 187 in R. (186, 187: *μιαρώτατος* [186 om. V. a 1. m.]). 9) P. 897 in omn. codd. praeter unum R. (896, 897: *ἑστάναι*) pariter atque 10) E. 223 (222, 223: *ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ*, idem 221—228). 11) Ach. 1142 in *ΔΓ* (1141, 42: *τὰ πράγματα* [1141 om. R.]).

b) non continuorum posterior excidit et simul inter eum et priorem unus vel plures versus:

1) unus: Ach. 1220 et 21 in *Δ* (1219: *καὶ σκοτοδινιῶ*. 1221: *καὶ σκοτοβινιῶ*). 2) duo: Pl. 215, 216, 217 in R. a 1. m. (214, 217: *ἐγώ*). 3) tres: N. 1090, 91, 92, 93 (falso Dind. 1090—94; cf. Bekk. 1073—76) in Ven. (1089, 93: *ἐκ τίνων;*).

Simul ordo versuum perturbatus est:

1) Th. 169 (168, 169, 170: *ποιεῖ*) excidit in R., add. est a m. rec. suo loco, in Aug. vero legitur post 170. 2) Ach. 1228 (1227, 28: *καλλίνικος*) om. *B*, in *Δ* legitur post 1230. 3) Ach. 411, 412, 413 om. *Γ* (410, 413: *ποιεῖς*); errore animadverso librarius 412 et 413 addidit, sed post 414; 411 prorsus omisit — ut sese excipiant vv. 410, 414, 412, 413. Huc pertinent 2 conjecturae: 1) Ach. 203: *ἐγὼ δὲ φεύξομαί γε τοὺς Ἀχαρνέας* Dobraeus recte me judice conj. excidisse post 200: *χαίρειν κελεύων πολλὰ τοὺς Ἀχαρνέας*, deinde falso loco additum esse post 202 in fine colloquii Amphithei et Dicaeopolidis. 2) P. 1325: *τάς τε γυναῖκας τίκτειν ἡμῖν* recte censet Herwerd. (append, ad stud. crit. in poett. scen. Gr. p. 8 sq.) transponendum esse post 1321: *διδόναι πλοῦτον τοῖς Ἕλλησιν*, ubi exciderit propter homoioteleuton.

B) Propter similitudinem initii (homoiarchon) duorum continuorum versuum

a) prior excidit:

1) Av. 59 in R. (59, 60: *ἐποποῖ*). 2) Eq. 414 in R. (414, 415: *ἀπομαγδαλιάς*). 3) Eq. 143 in R. (143, 144: *ἀλλαντοπώλης*); in marg. adscr. a m. 2., a m. 3. sec. Herwerd.

(Append. ad stud. crit. in pp. scen. gr. 1872 p. 29). 4) Ach. 1097 in R. Γ. A. Vat.–Pal. (1097, 98: παῖ παῖ φέρ' ἔξω δεῦρο — ἐμοί). 5) Ach. 1134 in Δ (1134, 35: ἐν τῷδε πρὸς τοὺς — θωρήξομαι). b) interciderunt posterior pars prioris et prior pars alterius versus (ubique solo in Rav.):

1) Ach. 784 sq.: ἀλλ' οὐχὶ θύσιμός ἐστιν [αὑτηγί. — σὰ μάν;
πᾶ δ' οὐχὶ θύσιμός ἐστι;] — κέρκον οὐκ ἔχει.

2) Av. 40 sq.: ἐπὶ τῶν κραδῶν ᾄδουσ', [Ἀθηναῖοι δ' ἀεί
ἐπὶ τῶν δικῶν ᾄδουσι] πάντα τὸν βίον.

3) Pl. 833 sq.: κομιδῇ μὲν οὖν. — [οὐκοῦν μετὰ ταῦτ' ἦσθ' ἄθλιος. —
κομιδῇ μὲν οὖν.] κἀγὼ μὲν ᾤμην κτλ.

Addo denique Av. 1274 sq.: στεφάνῳ σε χρυσῷ τῷδε σοφίας εἵνεκα | στεφανοῦσι καὶ τιμῶσιν οἱ πάντες λεῴ — ubi initia versuum στεφάνῳ σε et στεφανοῦσι propter similitudinem inter se permutata vides in Ven. — Apparet autem ex hoc conspectu et ipsum Rav. haud paucis inquinatum esse librariorum vitiis.

86 N. 1506: e Rav. scribi solet: τί γὰρ παθόντες τοὺς θεοὺς ὑβρίζετε; quum Ven. praebeat (c. metr.) εἰς τοὺς θεούς. Quamquam Kustero (ad Pl. 899) et Frohbergero (ad Lys. XIV. 26) facile concedo discrimen quod ipsi veteres (Luc. Soloec. 10) inter locutiones ὑβρίζειν τινα et ὑβρίζειν εἴς τινα intercedere statuerunt: τὸ μὲν σὲ ὑβρίζειν τὸ σῶμά ἐστι τὸ σὸν ἤτοι πληγαῖς ἢ δεσμοῖς ἢ καὶ ἄλλῳ τρόπῳ (i. e. alqm contumeliose tractare), τὸ δὲ εἰς σέ, ὅταν εἴς τι τῶν σῶν γίγνηται ἡ ὕβρις, non ubivis agnosci (cf. ex Ar. Pl. 899: ταῦτ' οὖν ἀνασχέτ' ἐστιν τούτους ὑβρίζειν εἰς ἐμέ; P. 1264: ὑβριζόμεθα. χωρῶμεν ὦ τᾶν ἐκποδών [cf. 1245: οἴμοι καταγελᾷς]. Pl. 1044: τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεος ἧς ὑβρίζομαι. Th. 993: τὰς γνάθους ὑβρισμένη; add. καθυβρίζειν τινά Ach. 631. Eq. 722. περιυβρίζειν τινά V. 1319. Th. 535. pass. Eq. 734. ἐφυβρίζειν τινί P. 1229, quorum compositorum nullum exstat in frg. com.), tamen conjecerim poetam scripsisse τί γὰρ

παθόντες ἐς θεοὺς ὑβρίζετε; (cf. Pl. Legg. X. 885 B: *ὅσα λόγῳ καὶ ὅσα ἔργῳ περὶ τοὺς θεοὺς ὑβρίζει τις):* crediderim enim potius art. additum esse a librariis (quod saepissime eos fecisse supra luculentis exemplis demonstravimus §. 30), quam praep. *ἐς*, quae quidem post *παθόντες* facillime poterat excidere, pariter atque frg. 243: *ἤδη παροινεῖς ἐμὲ πρὶν δεδειπνάναι*, ubi Dind. numeros optime redintegravit iterata *εις* syllaba: *παροινεῖς εἴς με* (cf. supra p. 34; Brunck. *εἰς ἐμέ*, Cobet. N. L. 171 *ἐς ἐμέ*: at comici ante voc. constanter forma *εἰς* usi sunt: v. p. 83—88. Bergkius argutius quam verius conj. *ἤδη παροινεῖς ἢ 'μὲ πρὶν δεδειπνάναι*, censens reprehendi quemdam quod antequam alii coena sint fruiti ipse jam sit appotus); *παροινεῖν εἴς τινα* dixerunt etiam Antiph. IV. *α*. 6. Dem. 54, 4. Athen. XIII. 592 F. Lucian. Salt. 24 (cf. *παραμαρτάνειν τι εἴς τινα* Ar. frg. 100 Bgk.; verbo *ἀδικεῖν* vero comici constanter acc. personae junxerunt: Ach. 56. N. 1509. V. 1162. P. 1188. frg. 260; v. Ind. com. dict., nusquam dixerunt *ἀδικεῖν εἴς τινα* vel *περί τινα*). — Conjunctae igitur sunt in Ven. codice *εἰς τοὺς θεοὺς ὑβρίζετε* praebente (c. metr.) duae scripturae: *εἰς θεοὺς ὑβρ.* et *τοὺς θεοὺς ὑβρίζ.* pariter atque e. c. in Rav. Eq. 741: *εὖ γὰρ ποιῶ τὸν δῆμον. — εἰπέ μοι νυν, τί δρῶν; —* cett. codd. *εἰπέ νυν τί δρῶν;*, Dind. et Kock. *εἰπέ μοι τί δρῶν;* ex usu Ar. de quo v. adn. Kockii; *εἰς θεούς* autem sine art. dixit Ar. in trim. etiam P. 128. 130. 132. Av. 843 (cf. *πρὸς θεῶν:* P. 9. Av. 663. E. 1095. Pl. 1147).

42 locis Ar. *πρός* c. gen. usurpavit in jurisjurandi et 87
obtestandi formulis *πρὸς τῶν γονάτων, πρὸς τῆς δεξιᾶς, πρὸς Διός* al. (*πρὸς θεῶν* 5ies tantum dixit [*πρ. πάντων θεῶν* V. 1136], 25ies *πρὸς τῶν θεῶν*, cett. com. hoc 7ies, illud, quod solum dixerunt tragici, 13ies). Occurrunt autem formulae illae 27ies ubi quis postulat alqd s. petit vel vetat s. abominatur (Ach. 111. Eq. 341. 1297. N. 784. 1103. V. 760. P. 9. 378. 1113. Av. 130. 663. L. 850. 1245. Th. 936. R. 755. 1248. Pl. 1147. — V. 919. 1418. P. 322. 376. Th. 228. E. 562. 1095; — addito quod cett. locis subintelligitur verbo *ἀντιβολεῖν:* Ach. 414. N. 314. V. 1388), 13ies in interrogationibus (Ach. 95. Eq. 1390. N. 200. 366. 481.

V. 484. 1136. Av. 69. 996. Th. 172. Pl. 395. 458. 1176). Restant 2 loci quibus formula *πρὸς* (*τῶν*) *θεῶν* exstat in enuntiatis affirmativis, quorum tamen altero frg. 146: *πρὸς θεῶν ἔραμαι τέττιγα φαγεῖν* Ar. deridet Eur. Hipp. 219: *πρὸς θεῶν ἔραμαι κυσὶ θωΰξαι* (ceterum hac affirmatione voluntas, desiderium declaratur, ut *πρὸς θεῶν* hic quoque sit postulantis); altero loco L. 857 omnes codd. praebent: (*ἀεὶ — ἡ γυνή σ' ἔχει διὰ στόμα. κἂν ᾠὸν ἢ μῆλον λάβῃ, Κινησίᾳ τουτὶ γένοιτο, φησίν*). — *ὦ πρὸς τῶν θεῶν.* — ut sit exclamatio mirantis: at hoc intellectu Ar. aut *νή* c. acc. usurpat (cf. e. c. L. 836: *ὦ νὴ Δία.* E. 160: *ὦ νὴ τὸν Ἀπόλλω*) aut vocativum: cf. Pl. 734: *ὦ φίλοι θεοί* („est vox admirantis sed simul sperantis bonum et laetum rei exitum" Fischer.), qua a consuetudine cur h. l. recesserit numeris (*ὦ φίλοι θεοί* non respuentibus) non coactus prorsus non intelligitur. Itaque exclamatio illa *ὦ πρὸς τῶν θεῶν* suspicionem movet. Omnino autem h. l. non exclamatio exspectatur, sed potius interrogatio: sequitur enim v. 858: *νὴ τὴν Ἀφροδίτην*, quod est respondentis (cf. Pl. 395 sq. *λέγεις ἀληθῆ; — φημί. — πρὸς τῆς Ἑστίας; — νὴ τὸν Ποσειδῶ*). Itaque manifesto cum interrogatione scribendum est *ὦ πρὸς τῶν θεῶν;* „oh, per deos", sc. „vera dicis?" (ut V. 484. Pl. 458. 1176. Alexid. III. 418; *ὦ* pro *ὦ* praebent teste Engero Aug. et Junt.), praesertim quum antiquitus diserte traditum sit illis verbis contineri interrogationem. Adscripsit enim schol. *ἐν ἐρωτήσει* (cf. schol. N. 207. 680. V. 302. P. 5. R. 840. 1308. E. 440. *κατ' ἐρώτησιν* Ach. 562. 1063. 1113. N. 207. 1423. P. 371. Av. 1628. L. 821. 930. 998. 1180. R. 487. 522. 1150. *μετ' ἐρωτήσεως:* Ach. 559. *ἐρωτηματικῶς* N. 905. 1223. Av. 10. L. 237. E. 667), quod tamen casu a v. 857 delatum est ad v. 861, ubi quae leguntur *τί οὖν; δώσεις τί μοι;* tam manifesto sunt interrogantis, ut ad h. quidem v. adnotatio illa nullo modo possit pertinere. Haud raro autem scholia ad falsum versum apposita sunt (lemmata enim in optimis libris quales sunt R. et Ven. omitti solent: cf. Enger. ad L. 338): e. c. schol. L. 236: *ἐρωτηματικῶς λέγει* pertinet ad 237 (*συνεπόμνυθ' ὑμεῖς ταῦτα πᾶσαι;*), schol. 460 ad 461, schol. 806 ad 805, schol.

848 ad 847, schol. 443 Puteanus habet ad 447, schol. 1038 recte ad 1039 refertur in Put., schol. 1125 pertinere videtur ad 1124 (v. Enger.), schol. 1131 ad 1135 referendum esse optime perspexit Mein. (v. Vind. p. 137), denique schol. Th. 397 ad 390 sq., 565 ad 559 pertinere demonstrarunt illud Enger., hoc Fritzsch. [Oblata occasione docere liceat quo spectet schol. Rav. L. 493: *διχῶς, ὑμῖν* — „haec non video quo pertineant" Dübner., „quorsum hoc velit spectare obscurum est" Enger. (qui perperam apposuit ad v. 492): spectat ad voc. *αὐτό* (*ἡμεῖς ταμιεύσομεν αὐτό* sc *τἀργύριον*), pro quo etiam *ὑμῖν* (*ἡμεῖς ταμιεύσομεν ὑμῖν*) ut v. 495: *οὐ καὶ τἄνδον χρήματα πάντως ἡμεῖς ταμιεύομεν ὑμῖν*; praebuisse codd. nonnullos testatur schol. Adv. *διχῶς* enim discrepantia scripturae indicari solet a scholl.: cf. ad Eq. 1285. P. 126. L. 774. 1300. Th. 1051. 1176]. — Denique tertio quodam loco V. 1218, ubi quum Bdelycleo convivium mentiticium describens dicat: *ὕδωρ κατὰ χειρός· τὰς τραπέζας εἰσφέρειν· | δειπνοῦμεν· ἀπονενίμμεθ᾽· ἤδη σπένδομεν*, pater quem instituit filius orationem interrumpit his verbis: *πρὸς τῶν θεῶν ἐνύπνιον ἑστιώμεθα*; „per deos obsecro, num epulamur somnium?" (cf. Av. 132: *ἑστιᾶν γάμους*, sim.), solus Mein., fortasse tamen invitus signo interrogationis omisso enuntiatum affirmativum reddidit, cujus mutationis prorsus nulla est causa, etsi schol. quum dicat: *ὅτι εἴρηται μὲν τὰ ἐν συμποσίῳ, οὐ μὴν γεγένηται, ὡς ὄνειρόν φησιν ἑορακέναι* (cf. R. 51 c. schol.), ipse quoque verba poetae pro affirmatione videtur accepisse. — Jam igitur apparet Ar. hujusmodi formulas non usurpasse nisi ita ut sint postulantis s. vetantis aut interrogantis (servata propria praep. *πρός* significatione; cf. Krüg. I. 68. 37. n. 2: „das Erflehte wird eigentlich als ein von den Göttern zu Veranlassendes vorgestellt"), nusquam admisisse in enuntiatis affirmativis vel negantibus (in quibus vides formulas *κατωμοτικάς: νὴ τοὺς θεούς* sim., *ναὶ μὰ Δία* [p. 63 sq.], *ἀπωμοτικάς: μὰ τοὺς θεούς* sim. [p. 62]), quod idem ab oratoribus Atticis alienum videtur (Frohberg. ad Lys. XIII. 95: „Schwurformeln mit *πρός* stehen bei den Rednern wol nur in Frage- und Befehlssätzen"), pariter atque a ceteris comicis, nisi quod Pherecr. II. 270 dixit: *καὶ*

πρὸς Ἀπόλλωνος πάνυ ἐκεῖνο θράττει με ὅτι λέγουσιν ἔνεστιν ἐν κιθάρῳ τι κακόν („per Apollinem jurat quoniam huic sacer erat citharus“ Mein.); nam ap. Anaxil. III. 352: *ἡ μουσικὴ πρὸς τῶν θεῶν ἀεί τι καινὸν κατ' ἐνιαυτὸν θηρίον τίκτει* aut interrogationem statuerim aut verba *πρὸς τῶν θεῶν* ita acceperim, ut significent „deis auctoribus.“ —

88 Av. 1639: *ἡμεῖς περὶ γυναικὸς μιᾶς πολεμήσομεν*; Mein. in adn. crit. conj. poetam scripsisse *γυναικὸς περὶ μιᾶς*, offendens ut videtur in tribracho *περὶ γυ-*, pariter atque Pl. 1111: *ἀτὰρ διὰ τί δὴ ταῦτ' ἐπιβουλεύει ποιεῖν*; ubi Vind. p. 223 scribi jussit *ἀτὰρ τιὴ δὴ ταῦτ' ἐπ. π.*; (cl. Hesych. *τιή· διὰ τί, ἵνα τί)*, remoto *διά* quod sit glossatoris. At etiam aliis (20) trim. locis Ar. praepp. bisyllabas ita collocavit, ut brevis syllaba finalis sit prior syllaba arsis solutae (cf. p. 12), i. e. media tribrachi syllaba (nusquam enim *ἀμφί* et *ἀντί* ictum habent in syllaba finali): *διά* ter, *κατά* 5ies, *παρά* semel, *ἐπί* quater, *περί* 6ies, *ὑπό* semel, *ὑπέρ* bis (nusquam *ἀνά*, *μετά*, *ἀπό* — nisi semel in tmesi: *ἀπὸ γὰρ ὀλοῦμαι* N. 792), plerumque (12ies) in 2. pede (*διά:* Pl. 1055. 1111 [cf. Men. IV. 198. Baton. IV. 502], *κατά* Eq. 147 [ex em. Cobeti *ὥσπερ κατὰ θεόν*, codd. *θεῖον*], *ἐπί* P. 1235. E. 475, *περί* Eq. 1006. 1010. 1012. N. 638. Av. 1639, *ὑπό* Av. 1300, *ὑπέρ* Th. 91), quinis locis in 1. et 4. pede (1. p.: *κατά* Av. 1001, *παρά* Th. 489, *ἐπί* V. 1199. L. 1101, *περί* Eq. 1008; 4. p.: *διά* Pl. 179, *κατά* Av. 919. R. 500. E. 557, *ὑπέρ* N. 839), nusquam in 3. vel 5. pede, ut hac quoque de causa rejiciendum sit quod Av. 1588 Bergk. (fortasse invitus) scripsit: *πρεσβεύοντες ἡμεῖς ἥκομεν* | *παρὰ τῶν θεῶν περὶ πολέμου καταλλαγῆς* om. ante *πολέμου* art. *τοῦ* (de quo v. quae disputavi p. 54 [ubi adde *ἥμισυ τῆς οἰκίας* Thuc. V. 16. 6. *ὑπὲρ ἥμισυ τοῦ χρόνου τούτου* Thuc. VIII. 68. 4. Schoem. ad Isae. p. 421] et Add. p. 155; Ach. 528: *κἀντεῦθεν ἀρχὴ τοῦ πολέμου κατερράγη* perperam Mein. scripsit *ἀρχή*, pariter atque V. 77: *φιλο μέν ἐστιν ἀρχὴ τοῦ κακοῦ* e conj. Dobraei, ubi revocandum est *ἀρχή*. Cf. Krüg. I. 50. 2. n. 16); revocato articulo evadunt 3 anapaesti in 1. 3. 4. pp. ut Ach. 181. 922. Eq. 466 (v. p. 104 sq.).

Ipse Mein. autem duorum illorum in quibus offendit locorum prorsus immemor Ach. 355 sq. quum traditum sit: ἐμοῦ θέλοντος ὑπὲρ ἐπιξήνου λέγειν | ὑπὲρ Λακεδαιμονίων ἅπανθ᾽ ὅσ᾽ ἂν λέγω scripsit περὶ Λακεδαιμονίων, sine ulla tamen causa, quin sententia repugnante: defendit enim Dicaeopolis Lacedaemonios oratione sua, verba faciens pro eis (cf. 316. 369. 482), ut necessaria sit praep. ὑπέρ (cf. Th. 91. 542. 545. Eq. 1018. Th. 649. 186. V. 951): nam λέγειν sim. περί τινος nil significat apud Ar. nisi „de alqo verba facere“ (cf. Ach. 39. 499. N. 159. V. 343. Av. 23. 25. 1101. 1675. R. 1426. Eq. 514. R. 65. V. 546. L. 37. 627. Th. 577. N. 320. Eq. 666. P. 1303); videtur autem Mein. offendisse in praep. ὑπέρ bis deinceps diverso intellectu (locali: „super“ — translato: „pro“) posita: at prorsus eandem rationem vides V. 1038 sqq.: τοῖς ἠπιάλοις — καὶ τοῖς πυρετοῖσιν | οἳ τοὺς πατέρας τ᾽ ἦγχον νύκτωρ καὶ τοὺς πάππους ἀπέπνιγον | κατακλινόμενοί τ᾽ ἐπὶ ταῖς κοίταις („in cubilibus“) ἐπὶ τοῖσιν ἀπράγμοσιν ὑμῶν („contra eos“) | ἀντωμοσίας καὶ προσκλήσεις καὶ μαρτυρίας συνεκόλλων (ubi sine causa mihi videtur Hamakerus scribi jussisse: ἐν ταῖς κοίταις).

Ut redeamus ad Av. 1639 ei quod Mein. proposuit: γυναικὸς περὶ μιᾶς, usus dicendi Ar. non repugnat: paulo liberiore enim utitur poeta (pariter atque prosarii scriptores) collocatione praep. περί gen. junctae (cf. Av. 1595 trim.: τούτων περὶ πάντων et P. 105 trim. Ἑλλήνων περὶ | ἁπαξαπάντων; de anastropha praep. περί v. p. 26 et Passow. II. 1. 826), quum ceteras praepp. inter subst. et adj. sive inter adj. et subst. non interponat nisi ubi elatiore utitur genere dicendi tragicos imitatus: in trim.: Ach. 1194. V. 1160. Av. 1232 (Th. 177 = Eur. frg. Aeol.). Th. 1098. R. 1438. Pl. 9 (cf. §. 83); dim. jamb.: Av. 409; tetr. tr.: N. 580; hexam.: Eq. 1037. P. 1088; anap.: Th. 783. 1068. R. 1533; metr. Eupol.: N. 534; lyr.: Eq. 403. N. 277. 279. 286. 310. 1159. Av. 244. 742. 905. 941. 1374. 1398. 1723. L. 809. Th. 127. 313. 992. 1034. 1149. R. 243. 324. 326. 327. 350. 441. 442. 540. E. 573 (cf. Krüg. I. 68. 4. n. 2. II. ibid. n. 6). ἕνεκα s. εἵνεκα (de forma cf. Wecklein. Cur. epigr. p. 36 sq. Kock. ad N. 6 ed. III.) interpositum vides Eq. 544. N. 511.

Th. 443. 1217. frg. 554 (postpositum nomini 46, antepositum 9 tantum locis: N. 420. 422. 1236. V. 886. P. 744. R. 232. E. 367. Pl. 177. 989). —

Altero vero loco Pl. 1111, si conjectura opus esset, lenissima transpositione *ἀτὰρ διὰ τί δὴ ταῦτ' ἐπιβουλεύει ποιεῖν* mutari posset in *ἀτὰρ διὰ δὴ τί ταῦτ' ἐπ. π.* quod miror Mein. prorsus fugisse: cf. E. 604: *κατὰ δὴ τί;* N. 1192, E. 791: *ἵνα δὴ τί;* (idem restituit Bentl. P. 409 ubi R. V. habent *ἵνα τί δή*, cett. *ἵνα τί δέ*). Pl. Phileb. 48 D: *ἐκ δὴ τούτων.* 50 E: *ὑπὸ δὴ τίνος;* ibid.: *διὰ δὴ τί;* Soph. 260 A: *πρός δὴ τί;* (postpositum tamen vides *δή* N. 856: *διὰ ταῦτα δή.* R. 1162: *καθ' ὅ,τι δή.* Soph. Tr. 402: *εἰς τί δή;* cf. Ar. N. 59: *διὰ τί δῆτα;*). Quod vero Mein. scribi jussit *ἀτὰρ τιὴ δὴ ταῦτ' ἐπιβουλεύει ποιεῖν;* (R. et Dorv. *διὰ τί δή*, Ven. et Mut. om. *δή*, cett. *διὰ τί γε*) nullo modo probari posse censeo. Constanter enim Ar. (in cett. com. frg. *τιή* omnino non exstat) aut simpliciter *τιή;* (= *τί δή;*) dixit (Eq. 126. 731. P. 927. R. 1473. E. 796) aut *τιὴ τί δή;* per iterationem (V. 1155. P. 1018. Th. 84; cf. *ὁτιὴ τί δή;* „quia — quid?": N. 755. Pl. 136); semel occurrit *τιὴ τί;* frg. 476 (quae tamen formula vitio non carere videtur Hermanno ad N. 754, qui cf. jubet Lehrs. quaest. ep. p. 65), ut *ὁτιὴ τί;* [cf. *ὅτι δὴ τί;* Pl. Charm. 161 C. Reip. I. 343 A; cf. V. 449 C] N. 784: *οὐκ ἂν διδάξαιμ' ἄν σ' ἔτι.* | — *ὁτιὴ τί; ναὶ πρὸς τῶν θεῶν ὦ Σώκρατες* (sc. *δίδαξόν με:* cf. P. 378. 1113. E. 1095), ubi quum in R. sit *τίναισ πρὸς τῶν θεῶν* („σ ex superiore versu repetito" Dindorf.) G. Hermannus probatus Kockio scripsit *ὁτιὴ τί; ναί σε πρὸς θεῶν ὦ Σώκρατες*, cui tamen praetulerim: *ὁτιὴ τί; ναὶ πρὸς τῶν θεῶν σ' ὦ Σώκρατες:* nam in ejusmodi obtestationibus obj. *σε* (verbi subintelligendi *ἀντιβολῶ* vel *ἱκετεύω*) vix umquam anteponitur formulae *πρὸς θεῶν* sim., sed aut postponitur (Th. 1019: *ὦ πρὸς Αἰδοῦς σε.* Cf. Ach. 414: *ἀντιβολῶ πρὸς τῶν γονάτων σε*) aut quod plerumque fit inseritur inter *πρός* et gen. qui pendet (cf. Soph. Tr. 436. Phil. 468. O. C. 250. 1333. Eur. Hipp. 605. Phoen. 1665. Porson. ad Med. 325. Elmsl. ad Med. 318); conjici tamen possit etiam: *ὁτιὴ τί δή; ναὶ πρὸς θεῶν σ' ὦ Σώκρατες* (ut statuatur *ΔΗ* ante *ΝΑΙ* excidisse). Nusquam

vero neque apud Ar. neque quantum scio ap. Hom. ceterosque epicos, qui saepe *τίη* dixerunt, vides *τι ὴ δή*, quod quidem esset i. q. *τί δὴ δή*.

Av. 1618 sqq.: *ἐάν τις ἀνθρώπων ἱερεῖόν τῳ θεῶν | εὐ-* 89
ξάμενος εἶτα διασοφίζηται λέγων, | μενετοὶ θεοί, καὶ μάποδιδῷ μισητίᾳ. Kock.: „*μενετοί*] sind ans Warten gewöhnt, können warten. Etwas anders Thuc. I. 142: *τοῦ πολέμου οἱ καιροὶ οὐ μενετοί.*“ At cur non prorsus eadem significatione accipi potest h. l. adj. *μενετός*, ut vertatur: „die Götter sind beständig, laufen nicht fort“? Nonne hac cum interpretatione multo magis convenit quod antecedit *διασοφίζηται λέγων* (= *διαπατᾷ σοφίσμασιν* Bk. Anecd. 36, 11; cf. *περισοφίζεται* Av. 1646)?.

Addenda et Corrigenda.

(Numeri indicant §§.)

1 p. 5: εἶτα post part. vides etiam V. 423, ἔπειτα Av. 518. E. 298. 467. Pl. 271.

2 p. 6 sqq. Ach. 412: verba tradita ἀτὰρ τί τὰ ῥάκι᾽ ἐκ τραγῳδίας ἔχεις; ea quoque de causa suspicionem movent, quod quum voces trisyllabae quae tribrachum aequant ultima elisa frequenter collocentur in thesi anapaestica 1. 2. 4. pedis (velut ὁπότ᾽ οὔσης, πάριτ᾽ εἰς, πατέρ᾽ ἠντεβόλει sim.: Ach. 19. 43. 147. 1063. 1177. Eq. 98. 152. 211 al.), tamen in 5. pede hujus elisionis nullum exstat apud Ar. exemplum, in 3. pede duo tantum: Ach. 412 et P. 185: τί σοί ποτ᾽ ἐστ᾽ ὄνομ᾽; οὐκ ἐρεῖς; — μιαρώτατος (cum interpunctione in syllaba elisa), ubi Bernhardi de incis. anap. comici (act. soc. phil. Lips. I.) p. 284, quum Ach. 412 intactum reliquerit, recte probavit emend. Bentl. τί ποτ᾽ ἐστὶ τοὔνομ᾽;

p. 6: εἶτα quum 3 partt. antecedant apud 4. vides Eq. 263. Acc. absolutum προσῆκον (Krüg. I. 56. 9. n. 5) excipit εἶτα Pl. 910.

3 p. 8 sq. Ach. 505: cf. P. 297: ὦ μέτοικοι καὶ ξένοι καὶ νησιῶται = inquilini, peregrini, socii.

6 p. 11. Eq. 667 sqq.: transitum qui fit ex oratione obl. in or. rectam indicavit Ar. additis verbis ἦ δ᾽ ὅς γελῶν V. 795, nusquam tamen simplici part. λέγων, quod Bergk. Kock. Mein. scripserunt Eq. 669.

7 p. 12: de particulis ἄρα et ἆρα promiscue positis cf. etiam E. 458 sqq. (ubi sibi respondent 458 ἄρα, 460 ἄρα, 462 ἆρα). V. 839. 1091. P. 892. 1240 (v. Richt. adn. crit.). Av. 1530. Dobr. ad V. 217 (Adv. II. p. 196).

p. 22 sq. L. 1125 in suspicionem vocavit etiam 26
Krüger. II. 47. 10. n. 5. Quamquam enim verbo ἔχειν c. adv. conjuncto additur non solum gen. rei (ἱκανῶς ἔχω ἐπιστήμης sim.: Krüg. I. 47. 10. n. 5), sed etiam gen. personae (cf. ἔχειν ἑαυτοῦ ἡδέως Alexid. 211, εὖ Philem. 4, ὑγιεινῶς καὶ σωφρόνως Pl. Reip. IX. 571 D), conjunctorum tamen gen. rei et gen. pers. prorsus nullum praeter illud exstat exemplum. Neque placet: αὐτή τ' ἐμαυτῆς οὐ κακῶς γνώμην ἔχω (cf. εὖ, κακῶς ἔχω τὸ σῶμα Pl. Gorg. 464 A. Xen. Oec. 21, 7 — quod injuria Heind. ad Pl. Lys. p. 218 A dici omnino posse negat): nam apud acc. opus est articulo (Krüg. I. 46. 4. 47. 10. n. 7) pariter atque ap. dat. (v. Passow. I. 2. p. 1298), quum gen. plerumque careat art. (v. Lob. Phryn. p. 280 sq.). Itaque quod supra p. 23 proposui αὐτὴ δι' ἐμαυτὴν οὐ κακῶς γνώμης ἔχω unice verum judico. De pleonasmo autem quo dictum est αὐτὴ δι' ἐμαυτήν quum sufficeret αὐτή (= αὐτομάτη: v. §. 55 ubi adde L. 1125) = „jam per me ipsa", cf. ἐν δίκῃ δικαίως „jure meritoque" Th. 830. διὰ παντὸς ἀεί P. 399. διὰ κενῆς ἄλλως V. 929. εἰκῇ ῥᾳδίως R. 733. ἀεὶ κατ' ἐνιαυτόν Anaxil. III. 352 (Musgrave ad Eur. Hec. 489).

p. 26: neglexi diserte monere Ar. praepp. (praeter 28 c.
solam περί quae omnino liberiore utitur collocatione: v. p. 149) non postposuisse per anastropham nisi ubi elatiore utatur genere dicendi.

p. 27 sqq. E. 610 sqq.: restat mendum jam h. l. re- 28 d.
movendum. Verba τῶν ἐκ κοινοῦ δὲ μεθέξει ξυγκαταδαρθών enim id quod sententiarum nexus flagitat „communium particeps erit cum ea concumbens (i. e. eo quod concumbit)" manifesto non possunt significare, quippe quia part. aor. ξυγκαταδαρθών conjunctum cum fut. μεθέξει habeat vim fut. exacti „quum concubuerit" (= post concubitum): v. Krüg. I. 53. 6. n. 7. Itaque lenissima mutatione scribendum censeo τῶν ἐκ κοινοῦ δὲ μετέσχε ξυγκαταδαρθών „communium autem particeps erat concumbens cum ea (i. e. eo quod concumbebat)" s. „particeps factus est eo quod concubuit" (vi inchoativa: Krüg. l. c. 5. n. 1), quo de usu part. aor. conjuncti cum aor. cf. Krüg. l. c. 6. n. 8, ut quod futurum est,

magna cum vi atque confidentia jam factum cogitetur, qua eadem ratione e. c. Hor. Sat. I. 9. 48 dixit „haberes magnum adjutorem, hunc hominem velles si tradere; dispeream ni submosses omnes“. De simillimo *προλήψεως* genere cf. Krüg. I. 53. 10. n. 1.

30 b. p. 38. Th. 558 sq.: exemplis orationis ab altero colloquente mediae interruptae addo L. 34. Th. 558. R. 798. 800. 807. Pl. 998.

30 h. p. 44: *καί* in fine trimetri vides etiam V. 1193 et Av. 1290.

30 i.k. p. 45. P. 503: *καὶ τοῖς Ἀθηναίοισι παύσασθαι λέγω* quamquam art. excusationem habet (ut L. 1120: *τούτους τοὺς Ἀθ.* et 1149: *ὑμᾶς — τοὺς Ἀθ.*), tamen propter v. 505: *οὐδὲν γὰρ ἄλλο δρᾶτε πλὴν δικάζετε*, quae verba ad populum Ath. spectant, fortasse praestat lenissima mutatione scribere: *καὐτοῖς Ἀθηναίοισι παύσασθαι λέγω* „et ipsis Ath.“, quamquam non nescio eadem ambiguitate L. 1149: *ὑμᾶς — τοὺς Ἀθ.* et ad Athenienses spectare qui repraesentantur in scena et ad populum Atheniensium.

33 Conjecturam quam p. 53 sq. protuli de L. 722: *τὴν δέ γ' ἀπὸ τροχιλίας κατειλυσπωμένην* (codd. *τὴν δ' ἐκ τρ. αὖ κατ.*) jam liceat retractare. Quum enim antecedat 720: *τὴν μέν γε*, unice recte se habet quod traditum est *τὴν δέ*: nusquam enim ap. Ar. utrique particulae (*μέν* et *δέ*) additum vides *γε*, sed constanter soli aut priori aut posteriori: v. *μέν γε — δέ:* Av. 1608—10. R. 80—82. 290. 907 sq. *μέν γε — δέ — δέ:* N. 1382 sqq. *μέν γε — δέ — δέ — δέ:* V. 564—67. *μέν — δέ γε:* V. 134 sq. L. 373 sq. Pl. 162—64 sqq. (Eadem de causa L. 723 ei quod p. 56 proposui *τὴν δ' αὖ γε μόλις ἐνθένδ' κτλ.* jam praeferendum censeo *γε* post *μόλις* transposito: *τὴν δ' αὖ μόλις γ' ἐνθένδ' κτλ.* [cf. Ach. 952: *μόλις γ' ἐνέδησα τὸν κακῶς ἀπολούμενον*], ut sibi respondeant 720—22—23: *μέν γε — δέ — δ' αὖ* pariter atque R. 290: *ποτὲ μέν γε βοῦς, νυνὶ δ' ὀρεύς, ποτὲ δ' αὖ γυνή*). Quae vero v. 722 tradita est particula *αὖ* nullo modo ferri potest (v. quae disputavi p. 53, ubi tamen neglexi eam in enumerationis trium membrorum altero solo occurrere Av. 514 sqq.: *ὁ Ζεύς — ἡ δ' αὖ θυγάτηρ — ὁ δ' Ἀπόλλων*),

praesertim quum eadem necessario restituenda sit in tertio membro 723: *τὴν δ' αὖ μόλις γε.* Itaque, quum forma *τροχηλίας* de qua cogitavit Bergk. admodum dubia sit (v. p. 53 sq.), proposuerim: *τὴν δ' ἐκ τροχιλίας ἅμα κατειλυσπωμένην* „alteram simul de trochlea sese devolventem".

p. 54 l. 2 ab imo post verba „utrumque tamen subst. 33
sine art. posuit Xen. Hell. VI. 3. 15: *ὑπὸ πλήθους κακῶν*" adde „ut Thuc. VI. 34. 4: *διὰ πλοῦ μῆκος*; utrumque cum art. Thuc. I. 13. 3: *ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου.* V. 31. 2: *ἐπὶ τῇ ἡμισείᾳ τῆς γῆς.* Xen. An. V. 2. 15: *ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν βελῶν.* Ar. Ach. 581: *ὑπὸ τοῦ δέους τῶν ὅπλων*: constanter enim dicere solet *ὑπὸ τοῦ δέους* (Ach. 350. 581. Eq. 231. P. 933. Av. 87. E. 1062. Pl. 693 [Luc. Lexiph. 10]: cf. Herm. ad N. 834, Richt. ad P. 25; idem significat *τῷ δέει* ap. anon. IV. 600: *τῷ δ. κατέπεσον.* Demosth. IV. 45. Arr. An. VII. 9. 4. *τῷ φόβῳ* ap. Dem. XIX. 81. Aristid. II. p. 210 al.: v. Passow. s. vv.), quum *ὑπὸ δέους* dixerit e. c. Thuc. VI. 33."

p. 56 l. 17 a s. pro „P. 162 sqq." l. „Pl. 162 sqq."

p. 63 l. 6 ab imo pro N. 1108 l. N. 1098. 36

p. 64 l. 8 a s. inter verba „*νὴ τὸν οὐρανόν*" et „sola in Pl. fabula" adde „praeter Eq. 705". — Obtestandi formulis *κατωμοτικαῖς* adde *νὴ τὴν Ἄρτεμιν*: L. 435. 922. 949. Th. 517. 569. 742. E. 84. 136. *νὴ τὴν Ταυροπόλον:* L. 447. *νὴ τὴν Φωσφόρον:* L. 443. 738. *νὴ τὰς Χάριτας*: N. 773. *νὴ τὴν προεδρίαν:* Eq. 702. *ναὶ τὸν Κάστορα:* L. 206. *ναὶ τὸν Ποτειδᾶν*: Ach. 798.

p. 90: post *αὐτόθεν* adde adv. *τηνῶθεν* (dor.) „illinc" 50
Ach. 754.

p. 100: de formula *ἐντὸς οὐ πολλοῦ χρόνου* (Cratin. 60
197) cf. *ἐντὸς χρόνου* Hdt. VIII. 104. *ἐντὸς ὀλίγου χρόνου* Xen. rep. Ath. 3, 11.

p. 102 l. 14 ab imo post verba „vix probari potest" addas: „nam tmesi verbi vis vel maxime effertur quod h. l. ineptum est."

p. 109 l. 4 a s.: *σὺν νῷ* dixit etiam Eur. Or. 909. 63

p. 110 l. 10 ab imo pro *δ* 75 l. *δ* 175.

Index locorum (398)

quorum de scriptura agitur.

(Asterisco * notavi locos [111] quos ipse conjecturis tentavi; crucem † affixi locis [88] quibus aliorum conjecturas refutavi).

III. Nubb.

IV. Vesp.

Index rerum.